A ✠ AVGVSTINVS. Me languens, illæ triſtes, omnes dilecti.
✠ CHRYSOSTOMVS. Per hoc erudit nos Euangeliſta nõ
Trac.49. in Ioan.to.9. triſtari ſi qua infirmitas facta fuerit circa bonos vires & Dei amicos.
Hom.16.in Ioan.to.3. a *Duobus diebus.* Vt quatriduum impleretur. Prima enim die quo nunciatum eſt ei, mortuus eſt languidus trans Iordanem', per duos dies manſit, ecce tres, quarto autem die venit.

b *Eamus in Iudæam.* MYSTICE ſignificat fidem redituram ad Iudæos in fine per Eliam & Enoch.

c *Dicunt ei diſcipu.* Marc.16.d. Territi, volentes cõſilium dare magiſtro B ne moreretur, ſicut & alibi Petrus: Abſit à te domine, non fiet tibi iſtud. Sed ſicut Petrus laudatur Ibidem.c. de alieno: Beatus eſt Simon Bariona, quia pater reuelauit tibi, culpatur de ſuo: Redi poſt me Sathana, quia ſapis non quæ Dei, ſed quæ hominis ſunt. Ita & hos corripuit dicens ſe † diſcipulos diem in quo debent ambulare ne offendant, & ſine eo ambulantes offendant, C vt modo nolentes eum mori, qui pro hominibus venit mori. Illos autem dicit eſſe horas quæ diem ſequuntur, non dies eas, ſed D dies eas illuminat. Duodecim eſt ſacratus numerus qui permanet plenus: Deiecto enim Iuda, qui non lucebat inter horas, alius ſurrogatur. Act.1.d.

d *Nónne duodecim ſunt horæ.* HIERONYMVS. Dies Chriſtus, In Pſal. 18. & aliter dies Apoſtoli, quomodo Chriſtus dies eſt, ſicut dicit: *ego ſum lux mũdi:* Ioan.8. Sicut Apoſtoli dies ſunt ſicut ait: *Vos eſtis lux mundi.* Et vnus dies duodecim horas habet: vnde ipſo Dominus in Euangelio dixit: *nónne duodecim horæ ſunt diei.* Matth 5. Ipſi intelligũtur duodecim Apoſtoli.

e *Vt credatis.* Non E quòd modo inciperent credere, ſed vt robuſtiùs crederent. Semper enim fides, eorum miraculis augebatur.

f *Et inuenit.* AVG. Tract.49.in Ioan.to.9. MYSTICE quatuor ſunt dies mortis. Naſcitur homo cum originali peccato, ecce dies vnus, mortis. Poſtquam venit ad rationales annos, naturalem legem quæ † vt dicit in corde: *Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris,* tranſgreditur: Ecce ſecundus dies mortis. Data eſt à Deo etiam lex ſcripta F ☞ prohibens

a ¶ Vt quatriduum impleretur.
a duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: Eamus 1
b a ¶ Quod diſceſſit infirmitatis fuit, quod redit poteſtatis eſt. ¶ Quæ eſt circa Ieruſalem. 2
A regibus de Iuda Iudæi, ſicut à Romulo Romani. 3
c in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, nunc quære- 4
bant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ie- 5
a ¶ Q.d. Non vos detis mihi conſilium, ſed me ſequimini, & in me die ambulate, & non offendetis. 6
d ſus: Nónne duodecim horæ ſunt diei? Si quis ambulauerit in 7
¶ Id eſt, me. 8
die, non offendit, quia lucem huius mundi videt ſi autem 9
a ¶ In tenebris peccatorum vel ignorantiæ. ¶ Ego. ¶ Oſtendens rationem ſui tranſitus. 10
ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Hæc 11
¶ Niſi hominibus mortuus. 12
ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed 13
¶ Secundum quod intellexerunt. 14
vado, vt à ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius: 15 16
¶ Quia ſolet eſſe ſomnus ægrotantium ſalutis indicium. 17
Domine ſi dormit ſaluus erit. Dixerat autem Ieſus de morte: 18
illi autem putauerunt, quia de dormitione ſomni diceret. 19
¶ Qui obſcure dixerat dormit.
Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſtè Lazarus mortuus eſt, & 20
a ¶ Me nihil latere. ¶ Et tamen ſcio, quia mortuus eſt. 21
e gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi. Sed 22
¶ Geminus.
eamus ad eum: Dixit ergo Thomas qui dicitur Dydimus, ad 23
a ¶ Ecce verus amantium affectus, vel, cum eo viuere, vel cum eo mori. 24
† condiſcipulos: Eamus, & nos, † & moriamur cum eo. Venit 25
f itaque Ieſus & inuenit eum quatuor dies iam in monumẽto

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *cula impugnantibus, & virtuti dæmonum ea imponentibus poſſet dici, quod illa infirmitas & mors ſequens fuiſſet tantum ſecundùm apparentiam & illuſionem factam à Chriſto per artem magicam, & hoc eſt quod dicitur:* Vt ergo au. quia infirmabatur, tunc quidem man. in eo lo. &c. *Trans Iordanem.*

1 Duobus diebus. *Expectando mortem Lazari, ſic quòd eſſet quatriduanus antequam illuc veniret, ad maiorem miraculi certitudinem.*

2 Deinde poſt hæc. *Hic conſequenter ponitur mortis Lazari denunciatio. In qua denunciatione Saluator ſic procedit, quia primò propoſitum eundi in Iudæam prædicit, ſecundò cauſam ſubiungit, ibi: Hæc ait, tertiò ad locum prædictum peruenit, ibi:* Venit itaque Ieſus. *In prima ergo parte dicitur ſic:* Deinde poſt hæc. *Scilicet expectationem mortis Lazari prædictam.*

3 Dicit diſcipulis ſuis: Eamus Iudæam. *Hoc autem prædixit eis præter conſuetudinem, quia ſciebat eos inde terreri, vt minus iacula ferirent quæ præuiderentur.*

4 Dicunt ei diſcipuli. *Timentes in Iudæam reuerti.*

5 Rabbi, nunc. *Hoc habitum eſt ca. præced.* Et tu ite. va. il. *Q.d. Nõ eſt tibi nec nobis ſecurum.*

6 Reſpondit Ieſus. *Eos aſſecurando.*

7 Nónne duodecim horæ diei ſunt? *Q.d. ſi voluntatem habebant tu ne me lapidandi, modo tamẽ non facient, quia mutato tempore poteſt voluntas mutari. Erat enim prouerbium apud Iudæos, & adhuc eſt apud* Prouerbiũ vulgare. *nos, quòd loquendo de mutatione propoſiti, dicitur, duodecim horæ ſunt diei, & ideò Saluator vſus eſt tali modo loquendi. Et oſtendit vlterius, quod deberent eſſe ſecuri, dicens.*

8 Si quis ambulauerit in die. *Id eſt, ſanctè & iuſtè: Vel aliter:* In die. *Id eſt, mecum qui ſum lux mundi, faciens diem diuinæ gratiæ.*

Suprà 8.b. 9 Non offendit. *Id eſt, ſecurus debet eſſe.*

10 Quia lucem huius mundi videt. *Id eſt, meipſum qui poſſum eum ſaluare. Vel aliter:* Lucem, *id eſt, iuſticiam ad quam attendit.*

11 Si autem amb. in no. *Id eſt, ſine præſentia mea, vel ſine iuſticia.*

12 Offendit. *Id eſt, debet ſuſtinere pœnam offenſæ debitam.*

13 Quia lux non eſt in eo. *Id eſt, iuſticia; vel ego qui ſum lux. q.d. Chriſtus, quandiu vobiſcum ſum præſentialiter non debetis timere Iudæos, quia Chriſtus etiam in captione ſua ſuos diſcipulos ſaluauit dicẽs:* Sinite hos abire, *vt habetur infrà 18.b. ſed poſt mortem meam periculum erit vobis inter Iudæos ambulare.*

12 Hæc

14 Hæc ait. *Hic conſequenter exprimit cauſam quare volebat ire in Iudæam, ſcilicet propter Lazari ſuſcitationem. Et diuiditur in duas,* Diuiſio *quia primò denunciat mortem Lazari, tamen occultè, ſecundò, exprimit eam manifeſtè. ibi:* Tunc ergo ait: *Circa primum dicitur ſic:* Hæc ait, *quæ immediatè prædicta ſunt.*

15 Et poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit. *Mortem eius vocat dormitationem, quia citò erat ſurrecturus.*

16 Sed vado, vt à ſomno excitem eum. *Quia facilè imò faciliùs eſt Chriſto ſuſcitare mortuum, quàm alteri dormientem. Hanc cauſam ſui itineris, dixit ad aſſecurandum diſcipulos, q.d. non debetis timere, quia non vado ad diſputandum cum Iudæis, ſicut ante ſed ad Lazarum ſuſcitandum.*

17 Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine ſi dormit ſaluus erit. *Q.d. Ex quo dormit, ſignum eſt ſuæ curationis non eſt neceſſe, quod vadas illuc, nondum enim erant ad plenum aſſecurati per verba Chriſti nec mirum, quia adhuc erant infirmi, & imperfecti.*

18 Dixerat autem Ieſus de morte eius. *Eam exprimens per dormitionem, ratione prædicta.*

19 Illi autem puta. &c. *Sed videtur mirabile, quod intellexiſſent Chriſtum velle ire tam longam viam ad excitandum hominem de ſomno. Dicendum, quia adhuc erant rudes, & in timore poſiti, vt patet ex prædictis, & ideo malè capiebant verba Chriſti. Vel dicẽdum, quod Chriſtus conſueuerat eis parabolicè loqui, & ideo neſciebant quid per excitationẽ à ſomno intelligerent, ſuſpicãtes ne fortè parabolicè loqueretur.*

20 Tunc ergo. *Hic conſequenter exprimit mortem Lazari manifeſtè, dicens.*

21 Lazarus mor. &c. *Non de morte eius abſolutè, ſed.*

22 Propter vos. *Vt videntes eius reſuſcitationem, in fide confirmemini. Vel ſic.* Et gaudeo. *Scilicet, quia non eram ibi, non propter me, ſed propter vos, quia ex præſentia mea mors eius fuiſſet impedita, cum mors habere locum non debeat vbi eſt vita, & per conſequens eius reſuſcitatio non eſſet, quæ tamen eſt vtilis vobis.*

23 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus. *Id eſt, dubius.*

24 Ad condiſcipulos ſuos eamus & nos vt moriamur cum eo. *Iſte erat magis timidus quàm alij quaſi dicat exponamus nos periculo. Vel ſecundùm alios dicebat hoc magna dilectione, quaſi dicat, melius eſt nobis cum illo mori, quam ſine illo viuere.*

25 Venit itaque Ieſus & inuenit eum quatuor dies. *Hic conſequenter agitur de aduentu Chriſti ad Lazarum. Et diuiditur in duas,* Diuiſio

prohibens mala,quæ & ipſa cōtemnitur.Ecce dies tertius mor-
A tis.Additur Euangelium,prædicatur Chriſtus æterna vita,è contra gehenna. Sed & hoc contemnunt homines. Ecce quartus dies mortis in qua putret homo, ſed nec tales relinquit miſericordia.

Quatuor dies mortis Tob.4.c. Deu.27.c.

a *Erat autem.* Quod Bethania, id eſt, domus obedientiæ, vbi ſcilicet, ſuſcitandus erat mortuus, vicina eſt Ieroſolymis benè myſterio cōgruit, quia gens Iudæorū quæ in fine ſæculi conuertetur, citò ad Ieruſalem, id eſt, ad pacis viſionem perueniet. Non tamen niſi expletis 15. ſta-
B diis, id eſt, poſt cognitionem veteris & noui Teſtamenti ſpiritualem.

b *Sed & nunc ſcio.* Hoc ſcio, quia potes ſuſcitare ſi vis, quod tuo relinquo arbitrio, non autem præſumo, neque rogo vt ſuſcites, quæ neſcio an ſit vtilis fieri reſurrectio.

THEOPHYL. Fidem quidem habebat Martha in Chriſtum ſed non quantum oportebat, Ideò & dicit: *Domine ſi fuiſſes hic,&c.* Quod ſanè dixit, vt non credens abſentem non potuiſſe, ſiquidem voluiſſet depellere mortem fratris ſui, nam & in ſequentibus maiorem declarat infirmitatem fidei, *Quæcunque enim, inquit, petieris Deum*
C *dabit tibi.* Vides quod illum ſicut virum quendam virtute præditum & Deo probatum habuerit. Ipſe autem huic eius ſuſpi- D
cionem ſubuertit: *Reſurget enim* (inquit) *frater tuus.*

c *Etiam ſi mortuus fuerit.* Tres mortuos ſuſcitauit Ieſus, vnum in domo, id eſt, in corde, ſecundùm in porta, id eſt, in ore, tertiū in monumento, id eſt, in opere & conſuetudine peccandi.

Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit.

HIERONYM. Ad comparanda peccata gaudent tam parentes à filiis, quā filij à parentibus, prouocante diabolo ſeparari, ad indulgentiam percipiendam, nolunt ab inuicem Deo vocante diſcerni, vt appareat non pro noſtra ratione nos delere quemcūque videmur amitte-
E re, ſed iudicium magis oſtendere diffidentiæ, mihi crede ſola in omnibus incredulitas mœret, & ſicut non poſſet fides noſſe quod deleat, ſic diffidentia ſola doloribus inuenitur ancilla. Nam ſi dormiētes dicimus, dormientes vtique credere debemus, & non mortuos, ſed requieſcentes ſecundū vocem domini. *Omnis enim* (inquit) *qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet.*

In Epiſt. ad Tyraſium ſuper morte filiæ.

d *Viuet.* Vt viuit Abraham, Iſaac & Iacob, quorum Deus dicitur ſicut viuorum. Credens etiam mortuus viuit, ſicut non credens etiam viuens mortuus eſt.

e *Silentio.* Quia ſi audiſſent Iudæi eam vocatam fuiſſe à Ieſu, nō ſequeretur
F

a habentem. Erat autem Bethania iuxta Ieroſolymam quaſi 1
ſtadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Mar- 2
tham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha 3
a ¶ Actiua vita primum occurrit per opera miſericordiæ. b ¶ Quia contemplatiui quietem deſiderant.
ergo vt audiuit, quia Ieſus venit, occurrit illi: Maria autem do 4
mi ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine, ſi fuiſſes 5 6
b hic, frater meus non fuiſſet mortuus. Sed & nunc ſcio, quia 7
¶ Ambiguè dictum, non determinat quando, & ideò illa dicit ei. 8
quæcunque popoſceris à Deo dabit tibi Deus. Dicit illi Ie- 9
¶ De illa certa ſum, de hac incerta, 10
ſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia reſurget 11
a ¶ Q.d. Dicis quod reſurget, & verum eſt, ſed per quem tunc reſurget, poteſt & modo, quia ego ſum reſurre. 12 13
in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Ieſus: Ego ſum re- 14
¶ Ideo reſurrectio, quia vita. ¶ Vt modo eſt Lazarus. 15
c ſurrectio & vita, qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, vi- 16
d a ¶ In carne: b ¶ Iam viuens in anima. 17
uet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æter- 18
a ¶ Si ad tempus moriatur ſecundùm carnem. ¶ Sciens fidem, quærit confeſſionem. 19
¶ Omnia hæc credo, quia. 20
num. Credis hoc? At illi: Vtique domine. Ego credidi, quia tu 21
¶ Miſſus ad ſalutem mundi. 22
es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc mundū † veniſti. Et cū 23
¶ Explorata à Deo fide, & ab ea data. ¶ Id eſt, ſuppreſſa voce. 24
e hæc dixiſſet, abiit & vocauit Mariā ſororē ſuā † ſilētio, dicēs 25 26

† venturus erat
† clāculum

## NICOLAVS DE LYRA.

*quia primò agitur de eius peruentione, ſecundò, de eius ſuſceptione, ibi:* Martha ergo. *In prima ergo parte dicitur ſic:* Venit itaque Ieſus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. *Quatuor dicit ad certitudinem mortis quia licet ſint aliquæ infirmitates latentes, quibus videtur aliquis mortuus ad tempus, hoc tamen non durat per quatuor dies. Dicit etiam in monumento ſcilicet in terra recluſus, quia dato quod fuiſſet ibi poſitus viuus, nihilominus in tanto tempore fuiſſet ibi mortuus.*

1 Erat autem Bethania iuxtà Ieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim. *Quæ valent leucam, excepto vno ſtadio.*

2 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. *Tum quia erant nobiles dominæ. Tū quia locus erat ſatis propè, vt patet ex dictis.*

3 Martha ergo. *Hic agitur de Chriſti ſuſceptione, & primò quo ad Martham ſecundò quo ad Mariam ibi:* Et cum hæc dixiſſet. *Prima in duas, quia primò Chriſtus à Martha deuotè ſuſcipitur. Secundò fratris ſui ſuſcitatio ei promittitur, ibi:* Dixit illi Ieſus. *In prima parte dicitur ſic:* Martha ergo vt audiuit, quia Ieſus venit, *ipſa enim habebat curam domus, & ideò primò nunciatus eſt ei aduentus Chriſti per aliquem quia aduentum Chriſti præuenerat.*

Diuiſio

4 Occurrit illi. *Reuerenter & deuotè.*

5 Maria autem domi ſedebat. *Cùm Iudæis qui venerant ad eas.*

6 Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. *Ex quo apparet, quod credebat ipſum poſſe præſeruare fratrem ſuum à morte, tamen imperfectè credebat, quia videtur innuere, quod non poſſet Chriſtus tantum abſens quantum præſens.*

7 Sed & nunc ſcio, quia quæcunque popoſceris à Deo dabit tibi Deus. *Videtur per hoc non fuiſſe edocta plenè de eius deitate, quia non dixiſſet, quæcunque popoſceris, ſed dixiſſet, quæcunque iuſſeris fient.*

8 Dicit illi Ieſus. *Hic ſuſcitatio fratris ſui ei promittitur, cùm dicitur.*

9 Reſurget frater tuus. *Sed illa intellexit hoc de reſurrectione futura. Ideò ſubditur.*

10 Dicit ei Martha, ſcio quia reſur. in nouiſſimo die. *Ex quo patet, quòd erat de ſecta Phariſæorum, quantum ad hoc, quòd confitentur reſurrectionem futuram, & non de ſecta Saducæorum, qui hoc negant.*

11 Dicit ei Ieſus. *Explicans intentionem ſuam de reſurrectione fratris ſui propinqua.*

12 Ego ſum reſurrectio. *Scilicet cauſaliter. Tum quia reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Tum quia reſurrectio generalis futura fiet virtute Chriſti vocantis mortuos ad iudicium.*

13 Et vita. *Per eſſentiam, propter quod ſum cauſa vitæ omnibus viuentibus, & poſſum dare vitam mortuis, quia quod eſt tale per eſſentiā eſt cauſa omnium aliorum quæ ſunt per participationem, vt habetur 2.Metaph.*

14 Qui credit in me. *Sicut prædeſtinatus.*

15 Etiam ſi mortuus fuerit. *Per lapſum in peccatum mortale.*

16 Viuet. *Finaliter vita gratiæ.*

17 Et omnis qui vidit, & credit in me. *Fide formata.*

18 Non morietur in æternum. *Id eſt, morte æterna, licet moriatur morte temporali, ad ſoluendum debitum naturæ.*

19 Credis hoc. *Non petit hoc quaſi ignorans, ſed quærens eius confeſſionem ad meritum, quia ore fit confeſſio ad ſalutem, vt habetur Rom. 10.b.*

20 Ait illi: Vtique domine. *Quia per Chriſti verba erat inſtructa in fide pleniùs quam ante, quod patet ex eius ſequenti confeſſione, in qua primò exprimitur ipſius Chriſti dignitas ſacerdotalis & regia, cùm dicitur.*

21 Ego credidi, quia tu es Chriſtus. *Id eſt, vnctio autem debebatur regibus & ſacerdotibus, ſecundò Chriſti diuinitas, cùm dicitur.*

22 Filius Dei. *Scilicet naturalis tertiò, incarnationis veritas, cùm ſubditur.*

23 Qui in hunc mundum veniſti. *Non per loci mutationem, ſed per carnis aſſumptionem.*

24 Et cum hæc dixiſſet. *Hic agitur de ſuſceptione Chriſti quo ad Mariam, quia Martha à Chriſto edocta ſtatim.*

25 Abiit, & vocauit Mariam ſororem ſuam. *Vt audiret bonos rumores quos ipſa à Chriſto audierat.*

26 Silentio. *Propter Iudæos præſentes, quorum aliqui contra Chriſtum machinabantur, dicens.*

10 Dicit

Magiſter

A ſequerentur & ita non viderent miraculum. Sed quia putauerũt eas ad ſepulchrum fratris ituras, ſequuti ſunt.

a *Et vocat te.* Cauſa breuitatis in verbis Marthæ oſtendit non prius dictum, id eſt, quod dominus Mariam vocauerit.

b *Sequuti ſunt eam di.* Hæc ideo euangeliſta narrare curauit, vt videamus quæ occaſio fecerit vt plures haberet teſtes reſurrectio quatriduani.

✠ Theophylactvs. Quãprimum audiunt adeſſe Ieſum, non ſegnis fuit Maria, ſed ſurgit & ad eum venit. Vnde manifeſtũ, quod non præueniſſet illum Martha neque prius, ſiquidem cognouiſſet iſta Ieſum venturum. Nondum B autem Ieſus venit in caſtellum, Tardiùs enim ibat ne videretur ad miraculum properare, ſed precibus illarum exoratus hoc facere, & quandoquidem magnum †Supra 9.b erat futurum mira- *& culũ, & quale rariùs fecit erántque multi acquirendi per illud, propter hoc diſpenſat, vt multi ſunt miraculi teſtes. Dicit enim Euangeliſta quod Iudæi qui erant cum illa in domo ſæcuti ſunt illam.

c *Infremuit ſpi.* Nota poteſtatem: Ipſe fremuit & turbauit ſe, quem alius turbare non potuit, ſicut omnia huiuſmodi ſuſcepit, quia voluit. Significat autem quantum homo turbari debeat, preſſus tanta mole peccati. Quando autem peccator cõ- C putans quæ bona Dei accepit, quæ mala reddidit fremit in ſpiritu & turbatur: Chriſtus fremit in eo & turbatur, quia fides de Chriſto, Chriſtus eſt in corde. Fremit verò fides in homine, D dum de peccatis increpat ſe.

a Magiſter adeſt, & vocat te. Illa vt audiuit, ſurrexit citò, & ve- 1
nit ad eum. Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed e- 2
rat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo 3 4
a ¶ De reſurrectione.
qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam, cum vidiſ-
b ſent Mariam, quia citò ſurrexit & exiit, ſequuti ſunt eam di-
centes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. Maria 5
ergo cùm veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pe- 6
¶ Quia te præſente nulla infirmitas auſa fuit apparere, apud quas vita nouerat hoſpitari.
des eius, & dixit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, non eſſet mortuus 7
frater meus. Ieſus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos 8
c qui venerant cum ea plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit 9
¶ Alius non.
d ſemetipſum, & dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Do-
¶ Miſerere, ¶ Ploret ergo ſe peccator. ¶ Humanitus.
mine, veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerunt 10 11
a ¶ Vnde dicitur: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.
ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam au-
a ¶ Potuit, ſed noluit, quia plus eſt ſuſcitare mortuum, quam ne moreretur facere. b ¶ Inuidi hoc quod confitebantur, non credebant.
tem ex ipſis dixerunt. † Non poterat hic qui aperuit 12
e oculos cæci nati, facere vt * hic non moreretur? Ieſus er- 13
a ¶ Fremat, & in te, ſi vis reuiuiſcere.
go rurſum fremens in ſemetipſo venit ad monumentum. 14

d *Vbi poſuiſtis eum.* Qui abſens ſciuit mortuum, ſcit & vbi ſit ſepultus, ſed ſic dicens, ſe quaſi neſcire perditum hominem ſignificat, vnde dicitur: *Non noui vos.* Et: *Vbi es Adam?* Mat. 7.d. Gen. 3.d.

e *Ieſus ergo.* Difficultatem oſtendit viuificationis talis peccatoris.

✠ Theophylactvs. Quare Euangeliſta ſurſum deorſúmque vertit quod lachrimatus ſit Ieſus, & infremuerit paſſioni? Vt nos diſcamus, quod verè natura noſtra amictus fuerit. Nam cũ ſuprà omnes Euangeliſtas ſublimiora de domino loquatur, & magna diuitiarũ eius myſteria tra- E dat, eapropter & in corporalibus humiliora loquitur, vnde & in luctu dicit quod valde ſe hominem oſtenderit ex hoc monſtrans carnis veritatem, vt tu diſcas quod quamuis Deus fuerit, fuerit & homo. Nam ſicut Lucas ab agonia & guttis ſanguinis & ſudore, ita & hic à luctu credibile facit quod carnem verè geſtauerit.

✠ Gregorivs. Videndum eſt quæ culpa præceſſit, aut quę ſit pœnitentia ſecuta poſt culpã vt quos omnipotẽs Deus per compunctionis gratiam viſitat illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim vera eſt abſolutio præſidentis cum æterni arbitrium ſequitur iudicis. Quod bene quatriduani mortui reſu- F ſcitatio illa ſignificat, quæ videlicet dæmonſtrat, quia prius mortuum (Hom. 27. in Euangel. & moral. libr. 22.c.)

NICOLAVS DE LYRA.

1 Magiſter adeſt, & vo. te. *Licet non ſit ſupra, expreſſum quod Chriſtus vocaret Mariam, tamen hoc eſt credendum, quia non eſt probabile quod Martha in hoc mentiretur, ſed propter breuitatem euangeliſta illud omiſit, quia ſufficit ex verbo Marthæ exprimere.*

2 Illa vt audiuit, &c. venit ad eum. *Ex magna deuotione.*

3 Nondum enim venerat Ieſus in ca. *Oſtendens quod ad miracula facienda non ſe ingerebat, & vt ex aduentu Iudæorum cum Maria ad ipſum, magis celebre & notorium eſſet miraculum.*

4 Iudæi ergo. *Et patet litera vſque, ibi:* dicentes.

5 Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. *Credebant enim eum eſſe ſubitò motam ex compaſſione fratris ſui, quia non audierant verbum Marthæ vt dictum eſt.*

6 Maria &c. ceci. ad pedes eius. *Quod non fecerat Martha. Ex quo patet, quod Maria magis amabat Ieſum & reuerebatur.*

7 Et dixit ei: Domine ſi fuiſſes hic. *Exponitur ſicut ſupra.*

8 Ieſus ergo. *Hic conſequenter agitur de Lazari ſuſcitatione. Et* Diuiſio *diuiditur in duas, quia primò ponitur ſuſcitationis actus, ſecundo ſequẽs effectus, ibi:* Multi ergo ex Iud. *Prima in tres, quia primò deſcribitur affectio Chriſti ad Lazarum, ſecundo ſequens inde murmuratio Iudæorum, ibi:* Dixerunt ergo. *Tertiò Chriſtus ſuſcitat mortuum, ibi:* Ieſus ergo rurſum, &c. *Affectio Chriſti ad Lazarum oſtenditur primo ex ſigno, cùm dicitur:* Ieſus ergo vt vi. eam plo. & Iu. qui ve. cum ea ploran. *Ex morte amici.*

9 Infremuit ſpi. & tur. ſeip. *Fremitus conſurgit ex indignatione iſte enim Chriſti fremitus procedebat ex indignatione eius contra dia-* Gen. 3.a. *bolum, per cuius ſuggeſtionem mors intrauit in mundum, quem erat cito debellaturus, turbatio autem illa procedebat ex compaſſione Lazari & ſororum eius. Sciendum tamen, quod iſtæ paſſiones & conſimiles* Paſſiones in Chriſto erant virtuoſæ. *non erant in Chriſto vitioſæ, ſed magis virtuoſæ, quia non erãt præuenientes iudicium rationis, ſed magis ſequentes & per ipſum excitatæ, ſicut dicit Philoſophus 4. Eticho. quod paſſio iræ excitata per virtutem fortitudinis, adiuuat ad actum eius fortius exequendum. Secundò oſtenditur affectio Chriſti ex verbo, cùm dicitur.* Vbi poſuiſtis eum, &c. *Tertiò ex facto cum ſubditur.*

10 Et lachrymatus eſt. *Ex pietate videns locum ſepulturæ, per hoc etiam oſtendit veritatem humanæ naturæ. Paris enim periculi eſt diſcredere veram humanitatem in Chriſto ſicut & deitatem, & ideò vbi Chriſtus oſtendit ſuam deitatem, adiungebat aliqua ad declarandum ſuam humanitatem, & èconuerſo, & hoc patet in eius natiuitate, quando iacens in præſepio, vt homo infirmus, ſtellam fecit radiare in* Luc. 2.b. *cœlo, vt Deus. Similiter in paſſione, quando ipſo moriente ex natura* Luc 23.f. *paſſibili ſol obſcuratus eſt inuiſibili virtute Dei. Et hic ſimiliter in ſuſcitatione Lazari quatriduani, quod erat maximæ virtutis turbatus eſt & fleuit, ad declarandum veritatem humanitatis.*

11 Dixerunt. *Hic ex effectu Chriſti oſtenditur ſequens murmuratio. Iudæi enim viderunt Chriſtum triſtari, & per conſequens arguebant, quòd mors illa contra voluntatem Chriſti ſimpliciter accidiſſet, quia triſticia eſt de his quæ nobis nolentibus acciderunt, vt dicit Augu.* Triſticia *14. de ciuitate Dei, & per conſequens concludebant, quod non potuiſſet Lazarum præſeruaſſe à morte, & hoc eſt quod dicitur:* Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomo. ama. eum. *Quia videbant euidens ſignum innuentes per hoc quod libenter ſi poſſet præſeruaſſet eum à morte, & ex hoc vlterius miraculum cæco nato illuminato volebant annihilare, & in alium retorquere, dicentes.*

12 Non poterat hic qui aperuit oculos. *Quaſi dicat, ex quo nõ poteſt hoc, nec illud potuit, nec fecit. Iſti non expectabant ſufficienter, ſed iudicabant ante tempus quia Chriſtus plus fecit. Plus enim eſt mortuum ſuſcitare, quam mortem infirmantis impedire.*

13 Ieſus er. *Hic conſequenter ponitur Lazari ſuſcitatio. Et ponũtur hic quinque per ordinem facientia ad miraculi certitudinem & magnificentiam. Partes patebunt proſequendo. Primum eſt deſcriptio ſepulchri, quod erat ſpelunca cauata in rupe magna & profunda, ita quod poterant poni plura ibi corpora ſcilicet corpora eorum qui fuerunt eiuſdem parentelæ, vnde frequenter dicitur in libris Reg. Sepultus eſt in ſepulchro patrum ſuorum. Sic igitur erat factum ſepulchrum Lazari, & deſuper grandi lapide claudebatur. Ex quo patet vera mors Lazari, quia ſi fuiſſet ibi poſitus viuus & ſanus, infra quatriduum fuiſſet mortuus ex loci corruptione, & hoc eſt quod dicitur.* Ieſus er. *Indignatus cõtra maliciam Iudæorum de factis ſuis iniquè murmurãtium, & talis indignatio eſt virtuoſa, quia ſicut ad virtuoſum pertinet applaudere bono, ita & indignari contra malũ.* 14 Venit. *Dicitur enim ſepultura*

mortuum dominus vocauit & viuificauit dicens: *Lazare veni*
A *foras*, & poſtmodum is qui viuens egreſſus fuerat à diſcipulis: eſt ſolutus, ſicut ſcriptũ eſt. Cúmque egreſſus eſſet qui fuerat ligatus iuſtitiæ. Tunc dixit diſcipulis: *Soluite eum & ſinite abire.* Ecce illũ diſcipuli iam viuentem ſoluunt quẽ magiſter reſuſcitauit mortuũ ſi enim diſcipuli vt Lazarum mortuum ſoluerent, fœtorem magis oſtend[...]t quod virtutem, ex qua cõſideratione intuendum eſt, quod illos nos debemus per paſtoralem authoritatem ſoluere, quos au-ctorem noſtrum cognoſcimus, per ſuſcitantem gratiam viuificare. Quæ nimirùm viuificatio ante operationem re-
B ctitudinis in ipſa iã cognoſcitur confeſſione peccati. Vnde & huic ipſi mortuo Lazaro nequaquam dicitur, reuiuiſce, ſed *veni foras.* Omnis quippe peccator dũ culpam ſuam intra conſcientiam abſcondit introrsùm latet, in ſuis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cum peccator nequitias ſuas ſponte confitetur.

*vbi erat is qui mortuus fuerat poſitus

a *Erat autem ſpe.* Lazarus mortuus, figura eſt Iudæorum in Chriſto non credentium, & lapide, id eſt, onere legis oppreſſorum. Sorores pro eo rogantes, fideles ſunt in populo Iudæorum.

Moraliter. Vnuſquiſque peccator mole peccatorum preſſus & ſua lege grauatus, & conſuetudine ſua mala iam fœtens, alios exemplo ſuo malo apertè corrumpit: Sorores, cogitationes aliquæ, quia quãdoque cogitans ſe malè fe-
C ciſſe dolet.

b *Domine iam.* Timebat remoto lapide potius fœtorem excitari, quam fratrem reſuſcitari.

c *Sed*

a ¶ Mortuus ſub lapide, reus ſub lege, quia rei ſub lege boni cum lege.
a Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus: 1
a ¶ Onus legis remouete, prædicate gratiam. ¶ Conſuetudine peccandi. 2
Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuus fue- 3
b rat. Domine iam fœtet, quatriduanus eſt enim. Dicit ei Ieſus: 4
a ¶ Quia fœtentem quatriduanum ſuſcitat, omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei.
Nónne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei? 5
Tulerunt ergo lapidem. *Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis 6
dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego autem 7 8
c ſciebam, quia ſemper me audis, ſed propter populum qui cir 9
cumſtat dixi, vt credant, quia tu me miſiſti. Hæc cùm dixiſſet 10 11
¶ Sicut potentia eſt quod ſurgit, ita quod ligatus adhuc prodiit, id eſt, foras proceſſit.
d voce magna clamauit. Lazare veni foras, Et ſtatim prodiit 12
e ¶ Vinculis peccatorum.
f qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus †inſtitis, & facies 13
¶ Velamen ſuper cor.
g illius ſudario erat ligata. Dicit eis Ieſus: †Soluite eũ, & ſinite 14
¶ Non omnes. 15
abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Mar- 16
h tham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. Quidã 17

c *Sed propter.* His verbis ſe gloriam patris quærere, ſicut in aliis operibus oſtendit. Nam quia ſecundùm hominem minor erat patre, ab eo petit ſuſcitationem Lazari, & ideo ſe exauditũ dicit, & hoc propter circumſtantes, vt ſic crederent Dei filium. D

d *Voce magna.* Fremuit, lachrymauit, clamauit, quia difficilè ſurgit quem moles malæ conſuetudinis premit, ſed tamen poſt magnam vocẽ ſurgit, id eſt, per magnam Dei gratiam viuificatur dum pœnitet.

✠ Hieronymvs. Si animam noſtram panis refecerit id eſt, ſermo diuinus & doctrina cœleſtis, ſtatim pedes noſtri qui colligati fuerunt ſoluuntur. *Dominus ſoluit compeditos.* Et Lazarus ligatus erat & dixit. *Soluite eum.* Dominus ſoluit cõpeditos. E

In pſal. 145.

e *Et ſtatim prodiit.* Dum peccator contemnit, ſepultus iacet, quando pœnitet ſurgit, quando confitetur prodit, quaſi de occultis exeundo manifeſtus, ſed adhuc ligatus eſt, & dicitur miniſtris. Soluite eum, & ſinite abire, vnde: *Quæ ſolueritis ſuper terram, ſolu. erunt & in cœlis.*

†faſciis ſepulchralibus

†De ſentẽ. excom. c. à nobis.

Mat. 16. c.

f *Ligatus pedes.* ✠ Hieronymvs. Alia ſunt Domini vincula quibus in ſalutem ligamur, alia diaboli quibus decem & octo annis ligauerat mulierem in Euangelio vnde & funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur. Quæ ſoluit Dominus per typum Lazari ſuſcitati, qui faſciolis & inſtitis vinctus iacuerat in ſepulchro.

Cap. 4. in Ezech.

g *Soluite eum.* Chriſtus per ſe viuificat intus, miniſtris tribuit poteſtatem ſoluendi.

h *Qui. &c. ab.* Siue annunciando vt crederent, ſiue prodiendo, vt ſeruirent. Sed quomodo hoc factũ ſit dicit: *Collegerunt pontif.* F

Quid

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *monumentum, quaſi monens mentem, quia monet viuentes, vt præcogitent mortem.*

1 Erat autem ſpelunca. *Modo prædicto facta.*

2 Ait Ie. *Hic ponitur ſecundum, ſcilicet, lapidis amotio, cùm dicitur.*

3 Tollite la. &c. do. iam. *Quaſi dicat, licet aliquando ſuſcitati ſint mortui recenter, tamen quod iam quatriduanus ex fœtore ſolutus reſuſcitetur, non eſt ſic auditum. Et hoc verbum videtur proceßiſſe ex admiratione Marthæ & eius ignorantia, quia eiuſdem virtutis eſt ſuſcitare mortuum vtroque modo. Ideo ſequitur.*

4 Dicit ei Ieſus. *Corrigendo eius, dictum.*

5 Nónne di. ti. &c. vi. glo. Dei. *Id eſt, glorioſam eius virtutem in ſuſcitatione fratris tui.*

6 Tulerunt ergo la. *Ad præceptum Chriſti.*

7 Ieſus autem. *Hic ponitur tertium, ſcilicet, Chriſti oratio in Lazari ſuſcitatione quod facit ad declarationem miraculi, quia Iudæi Chriſto imponebant quod faciebat miracula virtute dæmonis, quod oſtenditur falſum per hoc, quod in faciendo orat Deum, & hoc eſt quod dicitur* Ieſus autem ele. *Vt oſtenderet nobis formam orandi, quæ eſt per eleuationem mentis in Deum.*

8 Dixit: pa. gra. *Deus enim pater cœleſtis magnificentißimus, & ideo ex gratiarum actione de præteritis ad præſtanda beneficia ſequentia prouocatur, hoc enim eſt proprium magnifici, vt habetur 4. Ethico.*

9 Ego au. ſcie. *In his enim quæ Chriſtus abſolutè volebat, deliberatiua voluntate conformabatur diuinæ voluntati, & ſic exaudiebatur. Sciendum tamen, quod orare patrem conuenit Chriſto ratione humanitatis in qua eſt minor patre, non autem ratione diuinitatis, in qua eſt ei æqualis.*

10 Sed propter. *Multi enim ex Iudæis dicebãt, quod in Beelzebub faciebat ſigna, quod remouet conformando voluntatẽ ſuã cum voluntate diuina.*

Mat. 12. b.

11 Hæc cum dixiſ. *Hic ponitur quartum ſcilicet. Lazari vocatio, cùm dicitur:* Hæc cum dixiſſet voce magna cla. *Hoc facit ad declarationem miraculi, quia ſi dixiſſet in ſilentio, poſſent dicere aduerſarij, quod verba magica dixiſſet, vel interpoſuiſſet. Per hoc etiam tollitur error eorum qui dicebant animas defunctorum latitare in ſepulchris, & ideo clamauit Ieſus voce magna in ſuſcitatione Lazari, quaſi animam reuocans à longinquo ſcilicet ab inferno, vt ad corpus rediret.*

12 Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus. *Hic ponitur quintum ſcilicet Lazari ſuſcitatio, cùm dicitur:* Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus. *Quia virtus diuina operatur in inſtanti.*

13 Ligatus pedes & manus. *Hic declaratur virtus diuina non ſolum ſuſcitando mortuum, ſed etiam faciens exire ligatum, per hoc etiam apparet certitudo miraculi, inquantum exiuit Lazarus eo modo quo fuerat in ſepulchro poſitus.*

14 Dixit eis Ieſus: ſoluite. *Hoc præcepit aliis, licet poſſet facere per ſeipſum, vt accedentes deproprè & tangentes ex viſu & tactu eſſent teſtes miraculi efficaciores, ſicut ſupra dictum eſt de amotione lapidis.*

15 Et ſinite abire. *Vt oſtendatur verè ſuſcitatus & non phantaſticè, per opera vitæ cuiuſmodi eſt ambulatio, & comeſtio & conſimilia, ideo infrà dicitur ſe. a. quod Lazarus erat vnus de diſcumbentibus.*

16 Multi ergo. *Hic ponitur ſuſcitationis effectus dupliciter. Primò quo ad præſentes. Secundò quo ad abſentes, ibi:* Collegerunt ergo. *Effectus miraculi circa præſentes oſtenditur ex hoc, quod viſo prædicto miraculo multi eorum crediderunt Chriſto, nec mirum, quia illud ſignum fuit diuinæ virtutis manifeſtè oſtenſiuum, quæ non poteſt adeſſe ad teſtificandum aliquod falſum, & hoc eſt quod dicitur:* Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, crediderunt in eum. *Et patet. Sequitur.*

17 Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus. *Dicunt doctores aliqui, quòd hoc fecerunt bono zelo moti, volentes ex miraculo viſo refrenare iram eorum contra Ieſum, tanquam irrationabilem, alij dicunt, quòd malè moti hoc fecerunt, quia ſicut ex ſignis viſis boni & electi conuertuntur, ita frequenter mali obdurantur, & hoc magis videtur ex litera ſequenti, vbi agitur de congregatione Phariſæorum ad tractandum de morte Chriſti.*

✠ Collegerunt

a ¶ Qui venerant,vel ex his qui crediderant.

autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos,& dixerunt eis quæ fe-

¶ Aduerſus Ieſum.

cit Ieſus.Collegerunt ergo † Pontifices & Phariſæi conciliũ,

¶ Q.d.Cur non prouidemus nobis.

a & dicebant: Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna fa-

b cit.Si dimittimus eum ſic,omnes credent in eum:Et venient

Romani, & tollent noſtrum locum & gentem. Vnus autem

a ¶ Inueſtigans vel ſagax vel veniens ore interpretatur.

ex ipſis Caiphas nomine,cum eſſet Pontifex anni illius dixit

eis:Vos neſcitis quidquam,nec cogitatis:quia expedit vobis

vt vnus moriatur homo pro populo,& non tota gens pereat.

c † Hoc à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni

d illius, prophetauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente:

Et non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi

† principes ſacerdotum

† i.q.i.dictum eſt à domino.

a *Quid facimus? Quia hic homo,&c.* ✠ GREGORIVS. Synagoga quæ mandata Dei per legem protulit naſcentem Eccleſiam perſequens inuidiæ ſe igne conſumpſit. Annon æmulationis ſuę facibus ardebat, cùm redemptoris noſtri ſigna conſpiciens per quoſdam ſuos diceret. *Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit.* Videbant vnde conuerti debuerant & peruerſiores fiebant quærebant extinguere quem cernebant mortuos viuificare, in ore tenebant legem ſed legis perſequebantur authorem.

A Moral.libr. 18.ca.4.

B b *Credent in eum: Et venient Ro.* Et quia ſentiebant doctrinã eius eſſe contra templum & paternas leges, timebant ne ſi omnes crederent in Chriſtum, nemo remaneret qui contra Romanos ciuitatem Dei & templum defenderet. *Et ve. Roma.* De temporalibus timent, non de æternis, & vtraque perdiderũt. Locus eſt Ieruſalem quem perdiderunt Gentem ſuam perdiderunt vbique diſperſi.

Mali prophetant.

C c *Hoc à ſemetipſo.* AVGVSTINVS. Nota etiam malos per ſpiritum prophetiæ prædicere futura, quod tamen Euangeliſta diuino tribuit ſacramento, quia fuit Pontifex, id eſt, ſummus ſacerdos,& myſterium habens in manibus ſpiritu Dei loquutus eſt. Deus conſtituit vnum ſummum ſacerdotem, cui mortuo, vnus ſuccederet. Sed per ambitionem poſtea euenit, vt plures eſſent,& vicibus miniſtrarẽt: Fortè & plures in vno anno, ex quibus fortè exibat qui incenſum poneret, quod non licet niſi ſummo ſacerdoti, vt de Zacharia legitur. D

Luc.1.a.

1

2 ✠ THEOPHYL.

3 Conſidera Pontifica

4 lis dignitatis virtu-

5 tẽ, quomodo plena

6 ſit gratia ſpiritus ta-

7 metſi indigni ſint,

8 qui illam gerant. Et

9 honora ſacerdotes

10 dignè, propter gra-

11 tiam in eis non pro- E

12 pter eorum volunta-

13 tem. Igitur non ſolus

14 Caiphas prophetat.

15 Sed & alij multi indi

16 gni futura dixerant,

17 Pharao de fertilitate

18 & ſterilitate, Nabu-

19 chodonoſor de re-

20 gnis & Chriſto, &

21 Balaam de Chriſto.

Non autem continuò ſi quis prophetat, propheta dicitur, ſed ſi quis propheta ille vt prophetat, ſicut neque omnis qui medicinam parat medicus, neque iuſtus, iuſtũ quoddam faciẽs, ſed qui iuſtè facit iuxtà illud, iuſtè quod iuſtũ eſt perſequere. Propheta & Caiphas ſed nõ prophetica mente, & propterea nõ propheta.

d *Pro gen.* Iudæorũ, ſcilicet in qua erãt oues, hoc tãtũ Caiphas. F

Sed quia

NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Collegerunt. *Hic ponitur effectus ſuſcitationis Lazari reſpectu abſentium, quia audita ſuſcitatione Lazari, ex ira & inuidia moti ſunt ad tractandum de morte Chriſti. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur eorum congregatio, ſecundò, congregatorum dubitatio, ibi:* Et dicebant, *tertiò dubij determinatio, ibi:* Vnus ex ipſis. *In prima ergo parte dicitur ſic:* Collegerunt ergo Pon. *qui erant maioris authoritatis & magis literati.*

Diuiſio

2 Et Phariſæi. *Qui videbantur præ aliis religioſi, ex quibus factum eorum grauius erat.*

3 Concilium. *Scilicet aduerſus Ieſum. Hoc non eſt ex textu, ſed ſubintelligitur. Circa hoc notandum, quòd Pontifices erant de tribu Leui: Phariſæi autem pro magna parte erãt de tribu Symeon, quia ex illa tribu habuit ortum ſecta Phariſæorum, ideò in figura huius prædictum fuit Geneſ. penult. a.* Symeon & Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia, in concilium eorum non veniat anima mea.

4 Et dice. *Hic ponitur eorum dubitatio quid facerent de Ieſu, quia habebãt rationes ad vtramque partem. Ex euidentia enim miraculorum cogebantur dicere.*

5 Quia hic homo multa ſigna facit. *Et ex hoc ſequitur, ꝙ erat ei credendum magis quàm Moyſi, quia Moyſes non tot nec tanta ſigna fecit, & maximè quando populus ei primò credidit, imò valdè pauca, vt patet Exod. 4. Et ſic habebant argumentum ad ipſum recipiendum & honorandum tanquam verum Chriſtum, ſed è conuerſò arguebat ad contrarium, dicentes.*

6 Si dimittimus eum ſic, omnes cred. in eum. *Sicut in Chriſtum & quia Chriſto debebatur regimen ſecundùm ſcripturas, quas malè intelligebant de temporali regno, ideò ex hoc videbatur ſequi contra imperatorem Romanum rebellio, quæ tunc temporis damnabatur eis, & hoc videbatur propinqua occaſio deſtructionis ciuitatis & templi per poteſtatem Romani imperij, quæ tunc erat maxima, & ideò ipſi non habebãt aliquam virtutem reſiſtendi, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Et ven. Rom. *In tanta fortitudine, quòd non poterimus reſiſtere.*

8 Et tollent noſtrum locum. *Id eſt, ciuitatem & templum.*

9 Et gentem. *Captiuando populum, & ſic patet quòd paſſio timoris ſubuertebat in eis iudicium rationis.*

10 Vnus autẽ ex ipſis. *Hic ponitur dubij determinatio. Et diuiditur in tres, quia primò dubium determinatur, ſecundò determinatio approbatur, ibi:* Ab illo autem die. *tertiò à Chriſto euitatur, ibi:* Ieſus ergo iam non in pa. *Prima in duas, quia primò ponitur Caiphæ determinatio, ſecundò, huius determinationis expoſitio, ibi:* Hoc autem à ſemetipſo. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Vnus ex ipſis Caiphas nomine. *Non eſt de textu, ſed intelligitur nomen eius propter authoritatem ſui officij, vnde ſubditur.*

Diuiſio

11 Cùm eſſet Pon. anni illius. *Dominus autem præceperat eſſe tantum vnum ſummum ſacerdotem, & per totam vitam ſuam, quo moriente alius ſibi ſuccederet, vnde & in morte eius reuertebantur fugitiui, ſed propter cupiditatem & ambitionem ſuam ſtatuerunt inter ſe illi qui erant de genere ſacerdotali, vt quolibet anno vnus eſſet qui illo officio fungeretũr. Aliam autem rationem aſſignat Ioſephus dicens: A tempore Herodis Aſcalonitæ qui auxilio Romanorum occupauit regnum Iudææ, ſacerdotium communiter vendebatur, & ſic propter maius lucrum temporale ſummus ſacerdos frequenter mutabatur.*

Ioſephus.

12 Dixit eis. *Propter authoritatem officij ſic loquutus eſt dicens.*

13 Vos neſcitis quidquam nec cogi. *Q.d. prima facie quilibet intelligens videre poteſt, quod ad mortem huius hominis debemus laborare. Cuius ratio eſt, quia bonum commune magis eſt eligendum quàm bonum particulare. Si autem homo iſte dimittatur, bonum totius populi diſſipabitur, vt patet per prædicta ſecundùm eorum æſtimationem, & ſic concludit, ꝙ ſit agendum ad mortem Chriſti, etiam ſi ex parte eius non inueniatur aliqua cauſa, & hoc eſt quod dicitur.*

13 Expedit vo. vt vnus moriat. ho. *Etiamſi eſſet bonus & iuſtus.*

15 Pro populo. *Id eſt, pro conſeruatione populi.*

16 Et non to. gens per. *Sed maneat in vita, Hic patet manifeſtè ꝙ paſſio inuidiæ & liuoris cõtra Chriſtum, & paſſio timoris perdendi gentem & locum ſubuertebant in eis rationis iudicium, quia in nullo caſu licitum eſt interficere innocentem, per hoc enim non procuratur bonum commune, ſed magis deſtruitur, propter quod Dei iudicio factum eſt, ꝙ illud malũ quod credebãt per mortẽ Chriſti euadere, ſcilicet deſtructionem loci & gentis, per mortem Chriſti incurrerunt, quia in pœnam huius peccati Romani per Titum & Veſpaſianum locum & gentem deſtruxerunt anno 42. poſt paſſionem Chriſti, ſicut fuerat à Daniele prophetatum 9.g. Et ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo, &c. & à Saluatore prædictum Luc. 19.f. Videns ciuitatem ſanctam Ieruſalem, &c.*

17 Hoc à ſeipſo. *Hic ponitur prædictæ determinationis expoſitio, quæ quidem expoſitio eſt Ioannis Euangeliſtæ oſtendentis qualiter Caiphas prædictam determinationem protulit. Quamuis enim eſſet intentio Caiphæ dare ſolum conſilium de Chriſti morte per temporalis periculi euaſione circa populum Iudæorum, tamen verbum eius ſic ſonabat quòd Chriſtus erat moriturus pro gente & populo, & quod ſic fuit prolatum fuit prophetia quodammodo de futuro, ꝙ Chriſtus erat moriturus pro ſalute ſpirituali, & non ſolùm Iudæorum, ſed etiam omnium gentium qui credituri erant in ipſum, & hoc eſt quod dicitur:* Hoc à ſemet. &c. *ſupple prædictum verbum hoc modo protulit, ſed per motionem alterius.*

18 Sed cum eſſet Pon. *Quia ipſo ignorante dictum propheticum protulit, non ratione ſui meriti, ſed dignitatis officij.*

19 Quia Ieſus mor. er. pro gente. *Scilicet Iudæorum quia multi de Iudæis ſaluati ſunt ſuper ipſum.*

20 Et, &c. ſed vt fi. *Non quia adhuc eſſent filij Dei actu, ſed in potentia ad actum reducendi, quia erant prædeſtinati.*

21 Qui erant diſperſi. *Per diuerſos ritus gentilium.*

A Sed quia non erat euangeliſta eſſe alias oues, addidit. *Sed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret.* Filij prædeſtinatione, ſicut & oues in Iſrael, nondum enim erant, quia nondum crediderant

B

† Mat.12.b. Mar.3.a.

† Mat.26.a. Mar.14.a. Luc.22.a.

† Videtur vobis.

¶ Non quin & prius, ſed modo diffinite.
congregaret in vnum. † Ab illo ergo die,† cogitauerunt vt interficerent 1
¶ Non quod hoc non poſſet, ſed docet ſuos cedere furori perſequentium. a ¶ Significat tranſitum ad gentes in Ephrem quæ interpretatur fructificatio id eſt eccleſia. 2
eum Ieſus ergo iam non palam ambulabat † apud Iudæos, ſed abiit* in 3
regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem & ibi mora- 4
a batur cum diſcipulis ſuis.† Proximum autem erat Paſcha Iudæorum, & 5 6
aſcenderunt multi Ieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctifica- 7 8
a ¶ Sicut præceperat Deus vndique conuenire ad Paſcha vt illius diei ſanctificarentur celebratione. ¶ Male.
¶ Obliti ſuæ ſanctificationis in ipſo loco orationis tractat de nece agni. 9
rent ſeipſos. Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur ad inuicem in 10
templo ſtantes. Quid † putatis, quia non venit ad diem feſtum? Dede- 11
rant autem pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi quis cognouerunt vbi 12
¶ Ad occidendum.
ſit, indicet, vt apprehenderent eum.

C diderant. a. *Proximũ autem.* Iminẽte paſcha figurali in quo iam verus agnus immolãdus eſt, conſilium erat inter Iudæos de eo occidendo & ipſe appropinquat paſſionis loco. D

† Conſultauerunt.
† Inter
* Illinc

NICOLAVS DE LYRA.

1 Congregaret in vnum. *Id eſt, in vnam eccleſiam ex Iudæis & gentibus conſtitutam, vt eſſet vnum ouile, ſicut eſt vnus paſtor. vt ſupra dictum eſt præce. ca. propter quod Gene. penul. g. dicitur de Chriſto. Ipſe erit expectatio gentium non ſolùm Iudæorum. Nec hoc eſt contra illud quod dicit Saluator Matt. 15. c.* Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael. *Quia ibi Saluator loquitur de ſua miſſione ad prædicandum in perſona propria. Propter quod apoſtolus dicit Rom. 15. b.* Dico enim dominum Ieſum Chriſtum miniſtrum fuiſſe circunſionis.

2 Ab illo. *Hic ponitur determinationis Caiphæ approbatio quamuis eſſet iniqua, quia omnes alij erant affectati ad procurandum mortem ſicut & ipſe, & hoc eſt quod dicitur:* Ab illo ergo die co. ve. inter. e. *Licet enim ante habuiſſent voluntatem interficiendi ipſum, vt patuit per prædicta, tamen ex conſilio Caiphæ diffinierunt hoc ad implere quam citius poſſent.*

3 Ieſus er. *Hic conſequenter ponitur huius determinationis declinatio non enim adhuc erat tempus paſſionis Chriſti à Deo præordinatum, & Iudæi quærebant occidere eum, vt viſum eſt, ideò receſſit ad tempus & hoc eſt quod dicitur.* Ieſus er. iam non in pa. ambu. ap. Iudæos. *Quamuis enim inter eos exiens poſſet eorum impetum refrænare, tamen voluit ad tempus latere & ſe occultare, rationibus prædictis ca. 8. & 10. vbi ſimiliter agitur de ſua occultatione.*

4 Sed abiit in regionem iuxtà deſertũ. *Vbi pauci de Iudæis erant.*

5 In ciuitatem quæ dici. Ephrem. *Quæ erat parua & parum populata.*

6 Et ibi morabatur cum diſci. ſuis. *Vſque ad tempus propinquum ſuæ paſſionis.*

7 Proximum autem e. pa. Iu. *Hoc ſubditur ad oſtendendum, quod Chriſtus paruo tempore in illa ciuitate ſe occultauit quia ante Paſcha in Ieruſalem venit.*

8 Et aſcenderunt multi Ieroſolymam de regionem. *Quia tenebantur de tota Iudæa ad ſolennitatem venire.*

9 Ante Paſcha vt ſancti. ſeipſos. *Orationibus & ſacrificiis, ad dignè comedendum agnum paſcalem, & ſi hoc fiebat de agno figurali multo magis ſe debet homo ſanctificare orationibus & bonis operibus ad dignè recipiendum verum agnum immaculatum corpus Ieſu Chriſti.*

10 Quære. er. Ie. *Vt audirent eius doctrinam, de cuius miraculis audierant famam.*

11 Et colloquebantur ad inuicem. *Quia mirabantur, quod in tanta congregatione non venerat ad docendum, ideò quærebant.* Quid pu. *Et ſubdit euangeliſta quaſi reſpondens quæſtioni eorum.*

12 Dederãt autem. *Et patet litera. Propter hoc enim ab eis licet ab ingratis & obſtinatis receſſerat vſque ad tempus ſuæ paſſionis diſpoſitum. Circa prædicta in hoc ca. quæritur vtrum Caiphas erat verè propheta? Et arguitur primò, quod ſic, quia Balaam dicitur verè propheta, vt habetur. Num. 24. & tamen fuit malus homo donum enim prophetiæ aliquando malis hominibus conceditur ergo malicia Caiphæ non impediuit in eo veritatem prophetiæ. Item in litera dicitur hic, quod prophetauit quod Ieſus eſſet moriturus pro gente & vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret, & hoc verbum euangeliſtæ videretur falſum quod nullo modo eſt dicendum, niſi Caiphas fuiſſet verè propheta. Contrarium arguitur per hoc quod ipſe dixit falſum, dicens illis qui de morte Chriſti tractabant.* Expedit vobis vt vnus homo moriatur. *Mors enim Chriſti non fuit expediens illis qui eam procurauerunt falſitas autem non ſubeſt prophetiæ, ergo, &c. Reſponſio diſcendũ, quod ad rationem veræ prophetæ duo requiruntur. Primum eſt, quod habeat veram cognitionem de aliquo occulto reſpectu aliorum hominum cum quibus conuerſatur, propter hoc dicitur propheta quaſi proculſans vt ſupra dictum eſt inquantum cognoſcit ea quæ longinqua ſunt à cognitione aliorum, propter quod ſi alicui fiat apparitio, indicans aliquid occultum nõ dicitur propheta, ſi illud ſit ei cognitum. Sic Pharao vidit ſpicas deſignantes qualitatem futurorum annorum, & Nabuchodonoſor ſtatuam deſignantem mutabilitatem regnorum, neuter tamen fuit propheta, ſed Ioſeph & Daniel qui de occultis illis cognitionem habuerunt propter quod dicitur Dan. 10. a. intelligentia opus eſt in viſione quia non poteſt dici propheta ſine intellectuali cognitione ſola enim viſio imaginaria non facit prophetam, vt viſum eſt. Secundò requiritur, quod ipſa cognitio fiat mediãte ſpiritu bono maligni enim ſpiritus aliquando reuelant hominibus ea quæ ſunt aliis occulta, non tamen ex hoc dicuntur veri prophetæ, ſed ſolum cum additione diminuente, ſicut in ſacra ſcriptura dicuntur frequenter aliqui prophetæ Baal, vel prophetæ excelſorũ talis enim non dicitur propheta abſolutè, ſicut nec homo mortuus dicitur homo propter additionẽ diminuentẽ prophetia enim vera computatur inter ſpirituſſancti dona. Cum ergo quæritur de Caipha dicendum quod non fuit verè propheta, quia nullam cognitionẽ habuit in ſecreto dominicæ paſſionis quod eſſet futura pro ſpirituali ſalute humani generis, ſed tantũ intendebat dare conſiliũ de morte Chriſti propter timorem Romanorum. Verumtamen ſecundùm quod hic dicunt Chriſo. & Aug. Spirituſſanctus in prolatione ſui conſilij ſic mouit linguam eius, quod ipſe ignorante verba quæ protulit ſignificabant Chriſti mortem eſſe futuram pro ſpirituali hominum ſalute, non tamen poteſt dici verè propheta, ex hoc quod verbum propheticum ignorans protulit, alio linguam eius ad hoc mouente. Sicut nec aſina Balaam poteſt dicit animal rationale ex hoc quod verba rationabilia protulit vt patet Nu. 22. e. quia illa non proceſſerunt ex interiori conceptione, ſeu propria cognitione ſed magis ex diuina motione ſecundũ quod ibidẽ dicitur.* Aperuit dñs aſinæ, &c. *Licet enim Caiphas enim de morte Chriſti cogitauerit, & alios per ſuũ conſiliũ ad hoc inducere voluerit, quod fuit ex propria conceptione & diabolo hoc ſuggerente, quod tamẽ conſiliũ ſuũ ſic protulit, quod per verba illa ſignificaretur paſſio Chriſti pro futura ſpirituali hominum ſalute, hoc nullo modo ab eo fuit, vt dictum eſt, quia quantum ad hoc ſolùm, verbum illud erat propheticum ideò per hoc non poteſt dici propheta. Ad primum dicendum, quod non eſt ſimile de ipſo Balaam, quia quamuis fuit malus, habuit tamen veram cognitionem occultorum, vt ibidem dicitur.* Dixit vir cui obturatus eſt oculus, qui viſiones omnipotentis videt. *Caiphas autem talem cognitionem non habuit, vt viſum eſt & ideò negatur ab eo prophetia non propter ſuam malitiam, ſed propter cognitionis defectum. Ad ſecundum dicendum quod verbum euangeliſtæ eſt verum ſi bene intelligatur non enim dixit, quod Caiphas eſſet propheta, ſed quod prophetizauit, id eſt, verbum propheticum protulit non tamen à ſemetipſo ſicut euangeliſta dicit, ſed ſpirituſancto linguam eius ſic mouente ipſo ignorante propter quod non habuit verè rationem prophetæ. Argumentum etiam in contrarium eſt ſoluendum, quia ſicut dictum eſt, Caiphas illud verbum protulit per motionẽ ſpirituſſancti, à quo nullum eſt falſum & ideò Caiphas dicendo* Expedit vobis vt vnus moriatur homo, &c. *verum dixit, ſi bene intelligatur quod mors Chriſti quantum eſt in ſe, fuit expediens omnibus etiam illis qui de eius morte tractauerunt, quamuis aliqui eorum per ſuam maliciam eius vtilitatem recuſauerunt, ſicut & alij peccatores in peccato mortali decedentes,*

An Caiphas fuerit verè propheta.

Ad prophetam verum duo requiruntur.

Gene. 41. a.

Dan. 2. e.

ADDITIO I.

In cap. 11. *vbi dicitur in poſtilla.* Infirmitas curabilis non dicitur propriè languor.

*Languor non deſignat infirmitatis incurabilitatem quinimmo debilitatem tantum ſignificat, quæ contingit quandoq; ſine graui infirmitate. Vnde aliquando additur huic termino languor dicto ſignificans magnitudinem eius, vnde 2. Par. 24. g.* Dimiſerunt eum in languoribus magis. *Si enim languor de ſe ſignificaret incurabilitatem infirmitatis*

infirmitatis ſuperfluè adderetur magnum, cum qualibet infirmitas incurabilis eſt magna. Nec facit ad propoſitum, vtrum infirmitas Lazari eſſet curabilis via naturæ, vel non, quia miraculum Lazari ex reſuſcitatione maximè inſolita ſingulariter prædicatur non autẽ de curatione infirmitatis. Chriſtus enim innumerabiles infirmitates curauerat, vt patet in proceſſu euangeliorum de quibus tamen non ſic ſolennizatur. Curatio enim infirmitatum non eſt in tanto gradu miraculorum ſicut reſuſcitatio mortui præſertim quatriduani, vt ſanctus Tho. in prima parte quæ. 105. arti. vl. in cor. quæſtio.

ADDITIO II.

In eo. ca. Vbi dicitur in poſtilla. Circa hoc notandum, quod pontifices erant de tribu Leui.

Licet tam ſacerdotes quam Leuitæ omnes erant Leuitæ ratione generis cum tam Aaron à quo ſacerdotes deſcendebant, quam alij eiuſdem tribus à Leui patriarcha deſcendiſſent, tamen ſoli Leuitæ qui non erant ſacerdotes retinuerunt ſibi nomẽ generis, vnde Nume. 18. c. Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis, &c. In quo cap. pluries vocat Leuitas prout diſtinguuntur à ſacerdotibus Aaronitis, vt ibidem patet & ſic in multis aliis locis vnde ſic loquendo de ſacerdotibus & Leuitis, ſcilicet, prout ab inuicem diſtinguũtur, tenendum eſt quod Leuitæ non fuerunt participes in fabricatione ſeu adoratiane vituli, quod fuit maximum peccatum inter cætera à populo Iſraelitico commiſſa, vt Exo. 32. g. Similiter nec participes fuerũt in occiſione Chriſti, licet in vtroque ſcelere ſacerdotes principalibus fuerunt ſpecialiter, ſecundùm opinãtes quod Aaron idololatraſſet in illo facto. primum patet Exod. 32. f. vbi cum Moyſes volens vindictã facere in populo idololatrante clamaſſe. Si quis eſt Domini, adiungatur mihi. Statim ſubditur. Congregatique ſunt ad eum omnes filij Leui. Et ſic patet quod Leuitæ in illo actu domino adhæſerunt. Quod etiam habetur in glo. Deu. 33. vbi ſic. Quomodo fecerunt vitulum aureum Leuitæ accincti gladiis iubente Moyſe à porta vſque ad portam idololatras interfecerũt. Sed conſtat quod Aaron de principalibus fuit in illo crimine, prout ibidem patet ſcilicet ſecundùm prædictos opinantes. Addunt etiam Hebræi prout Ra. Moy. tradit in ſuo Deu. titulo de idololatria ca. 1. quod licet populus Iſraeliticus pluries idololatraſſet, vt in multis & variis ſacræ ſcripturæ locis habetur Leuitæ tamen nunquam idololatrarunt, & ſic patet primum ſecundùm verò habetur expreſſè in glo. Deu. vbi ſuprà vbi ſuper illud verbum quod legitur de Leui. Iudicaſti eum ad aquas contradictionis, ſic ait. Aqua populi ſunt qui contradicentes cla-
Mar. 15. b. mauerunt Crucifige crucifige eum, & ſanguis eius ſuper nos & ſuper fi. no. Ad cumulum enim perfectionis Leui adiungit. Qui dixit patri ſuo, &c. Hæc in glo. Ex qua manifeſtè habetur, quod Leui ſeparatus fuit ab illis qui clamabant. Crucifige, &c. & per conſequens à crimine quod cæteri Iſraelitici commiſerũt in occiſione Chriſti, in quo principes ſacerdotum & huiuſmodi fuerunt manifeſtè participes. Veritas huius glo. ex ſerie literæ euangeliſtæ poteſt haberi, vbi in materia paſſionis Chriſti in qua de omnibus ſtatibus Hebræorum expreſſa ſit mẽtio ſcilicet de pontificibus, ſacerdotibus & ſummis ſacerdotibus, ſcribis & Phariſæis, & huiuſmodi. De Leuitis tamen nullus euangeliſtarum in hac materia legitur facere mentionem, vt patet diſcurrenti quatuor euangelia in materia paſſionis. Conſtat etiam, quod in aliis euangelicis hiſtoriis, vbi Leuitæ interueniunt mentio ſit de eis prout à ſacerdotibus diſtinguuntur, vt ſupra. 1. b. Miſerunt Iudæi ſacerdotes & Leuitas, &c. & ſic in aliis & ſic patet ſecundùm. Ex quibus ſequitur, quod prophetia Iacob Gene. penul. a. Symeon & Leui fratres, &c. per poſtil. allegata: ſi ad paſſionem Chriſti applicetur intelligenda eſt de Symeone à quo Phariſæi & huiuſmodi deſcenderunt, & de Leui in perſona ſacerdotũ tantum ſeu pontificum ab Aarone deſcendentium, non autem Leuitis prout, à ſacerdotibus diſtinguuntur. Prophetia verò Moyſi applicando eſt tribui Leui, prout diſtinguitur à ſacerdotio, qui immunes fuerunt, vt iã dictum eſt tam à peccato vituli quam ab occiſione Chriſti & ſecundùm Hebræos etiam à quacunque idololatria.

Si autem contra prædicta obiiciatur de hoc quod dicitur in prophetia Moyſi Deut. vbi ſuprà. Qui dixit patti ſuo & matri ſuæ neſcio vos & fratribus ſuis ignoro illos, &c. Ex quibus videtur, ꝙ Leuitæ patres & matres ſimiliter & fratres & filios habebant idololatras ſeu procurantes occiſionem Chriſti. Dicendum, quod quia Leuitæ admiſcebantur cum aliis tribubus in matrimoniis, ſicut & aliæ tribus inde potuit ſæpe contingere, quod Leuitæ haberent matres & patres matrum ex aliis tribus ſimiliter & nepotes ſcilicet filios ſororum, qui dicuntur fratres vnde de Abraham & Loth nepote ſuo dicebatur. Fratres enim ſumus, vt Gene. 13. b. Similiter & filios filiarum quæ contraxerant in alia tribu & tales ſunt quaſi filij, vnde de talibus verificatur ꝓphetia Moyſi prædicta ſcilicet. Qui dixit patri ſuo & matri ſuæ, &c. Eo quod proprij Leuitæ ſcilicet de genere Leuitarum per maſculinam lineam dſcendentes, ſeparauerunt ſe è prædictis conſanguineis de tribubus alienis deſcendentibus in prædictis duobus caſibus, vt Deo adhærerent, prout glo. prædictæ teſtantur, quibus litera conſonat vt dictum eſt.

REPLICA. In ca. 11. vbi dicitur Lazarus lã.. dicit poſtilla ex hoc infirmitatem fuiſſe per, naturam incurabilem, quia infirmitas curabilis proprie non dicitur languor. Burg. dicit quod languor non dicit incurabilitatem, quia illi termino additur alius terminus ſignificans magnitudinem 2. Par. 24. g. vbi dicitur. Magnus lãguor. Ibi dico, quod magnus refertur ad intenſionem doloris, quia multi morbi incurabiles ſunt parui doloris, vt Phtiſis, Hydropyſis, &c. Quidam autem intenſiui doloris ſunt ſicut febres & huiuſmodi, cum igitur in ſcriptura languori additur magnitudo, languor pertinet ad incurabilitatem, magnitudo ad doloris intenſionem.

REPLICA. In eo. ca. vbi dicitur. Collegerũt poteſt & pha. conci. dicit, poſtil. pontifices fuiſſe de tribu Leui phariſæos autem vt plurimum de tribu Symeon, iuxta illam prophetiam Iacob dicentis, Symeon Geneſ. penulti. a.
& Leui fratres vaſa iniquitatis bellantia, in conſilium eorum non veniet anima mea. Burg Fortaſſe de tribu Leui, per magnam digreſſionem vult ſaluare Leuitas, vt diſtinguntur contra ſacerdotes qui ab Aaron deſcenderunt dicens eos nunquam idololatraſſe, nec in morte Chriſti conſenſiſſe. Quod ſi verum eſt, ſicut non credimus, rationabile fuiſſet Leuitas vt ſic diſtinctos etiam à vindicta mortis Chriſti præſeruare, vel ſaltem ad fidem Chriſti præ aliis conuerti, quod factum non eſt de conuerſione enim Iudæorum legimus de ſacerdotibus conuerſis Actu. 6. b. Multa turba ſacerdotum obediebat fidei de Leuitis nihil in ſpeciali præſumo igitur contra Bur. quia fruſtra eos excuſat.

CAPVT XII.

☞ a IEſus, &c. An. ſex. ✠ THEOPHYLACTVS. Decima quidẽ
A menſis accipiunt ouẽ immolandã in paſcha, & ex eo tem-
Myſticè pore requirere incipiunt quæ neceſſaria ad feſtum. Denique & cœna quæ ante ſex dies quę eſt nona mẽſis lautius epulantur & milia feſtiuitatis ideo die faciunt ideo & Ieſus ſimul cœnauit in Bethaniam veniẽs. Oſtendere autem volens euangeliſta veræ reſurrectionis Lazari ſignum dicit Lazarus vnus erat recumbentium
B nõ enim vt apparuit ſtatim mortuus eſt, ſed manſit multo tempore ſolita faciens comedens & bibens atque alia agens dicendo autem quod Martha miniſtrarit ſignificat quod in domo eius cœna fuerit. Obſeruare C
autem fidem mulieris quomodo non permiſerit ancillis miniſterium, ſed per ſeipſam miniſtret.

Omnia ſexta quia ſex diebus omnia fecit ſexta die hominem condidit, ſexta ætate redimere venit, ſexta feria paſſus eſt, ſexta hora mortuus eſt. Venit autem ad Bethaniam, id eſt, ad domum obedientiæ, ipſe obediens patri vſque ad mortẽ docens eccleſiam obedientiam, quæ eſt in monte Olei, id eſt, miſericordiæ Phili. 2. b.
nec poteſt abſcõdi, in qua ſuſcitat ſepultos à peccatis grauibus. Ibi fit cœna in fide & deuotione D
iuſtorũ. Martha miniſtrat. i. dũ quilibet fidelis opera deuotionis ☞ Domino

CAPVT XII.

¶ Siens eos conſpiraſſe venit quaſi agnus ad victimam, vt verum Paſcha habeamus.

a IEſus ergo ante ſex dies Paſchæ 1

NICOLAVS DE LYRA.
CAPVT XII.

✠ 1 IEſus ergo. Poſtquam Ioannes declarauit diuinitatem Chriſti per opera facta in eius vita hic etiam declarat per ea quæ in
Diuiſio. eius morte ſunt facta. Et diuiditur in duas quia primò determinat de eius morte & paſſione, ſecundò de eius reſurrectione. 20. ca. Vna autem ſabb. Prima in duas, quia primò declarat mortis Chriſti occaſionem ſecundò ipſam mortem ſecundò. cap. Ante diem feſtum. Circa primum ſciendum, quod occaſio mortis Chriſti fuit inuidia Iudæorum ex fama & gloria Chriſti. Ideò diuiditur in duas ✠ quia

MORALITER.

Myſticè
✝ 1 Ieſus ergo ante ſex dies pa. ALCVINVS. quod ante ſex dies venit Bethaniam, ſignificat quod ille qui ſex diebus omnia fecerat, & ſexto die hominem creauerat, ipſe ſexta mundi ætate, ſexta feria, ſexta hora redimere mundum venerat.

domino impendit. Lazarus,id eſt,ſuſcitati de grauibus cum his
A qui manſerunt in iuſticia, læti epulantur de præſentia domini.
Luc.7.f. Maria quæ olim pœnitens vnxit pedes, nec ibi dicitur quo vnguento, modo caput & pedes præcioſo, ibi rudimenta pœnitentium, hic iuſticiam deſignatur perfectorum, vnde hic libra vnguenti, id eſt, perfectio iuſticiæ, Vnguentum, quia *bonus odor ſumus Deo*: (2. Cor.1.d.) Caput vngit, qui alta de eo prædicat. Pedes, qui infirma veneratur. Capillis tergit, qui ſuis ſuperfluis pauperes qui in terra indigent reficit. († Mar.26.a Mar.14.a. Luc.7.f.)
B Odore domus, id eſt, bona fama mundus repletur.
a *Venit in Bethaniã.* Ideò prius Bethaniã venit, vt reſuſcitatio Lazari altiùs memoriæ omnium traderetur, & inexcuſabiles Iudæi confunderentur, tractantes de morte tanti ſuſcitatoris.
b *Maria ergo.* Præcioſum vnguentum fit de Nardo maximè de ſpicis, hic autem dicitur piſtici à loco vnde erat. Et interpretatur fidelis, non alia admixtione corrupti.
C c *Dixit ergo vnus.* Iudas etſi malus tamen inter Apoſtolos numeratur, vt doceamur malos tolerare, ne corpus Chriſti diuidamus, & malos bonis non obeſſe. D

THEOPHYL. Iudas cum eſſet auarus reprehendit honoris modum, quare non obtuliſti pecuniam inquit, vt poſſem ſcilicet furari, ſed vnguentum? Quomodo igitur alius Euangeliſta
dicit, quod omnes di
1 ſcipuli hoc dixerant?
2 Dicendum igitur quòd
3 omnes quidem dixe-
4 rint, ſed non tali mẽ- († igitur)
5 te alij quaſi ille. Nõ
6 reprehendit autem
7 eum dominus, quã-
8 uis ſciret furari ani-
9 mo hoc illũ dixiſſe,
10 nolebat enim illum
11 confundere. Docet E
12 enim nos lõganimes
13 debere eſſe erga ta-
14 les, ſed occultè op-
15 probrat ei perditio-
16 nem, tametſi propter
17 auaritiam traditurus († cura eſſet illi)
18 eſſet eum in mortẽ:
19 Ideò & ſepulturæ
20 meminit, perſtrin-
21 gens inſipientiam e-
ius, ſi quo pacto corrigatur.
d *Non quia, &c.* Quantum ad ſuam intentionem ad eum non pertinebat de egenis, quia non curabat de ipſis, non quia commiſſum eſſet ei diſpenſare pauperibus.
e *Loculos habens, &c.* Cui miniſtrant angeli, loculos habet in F ſumptus

a venit in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſu-
¶ Soror Lazari.
ſcitauit* Ieſus. (* à mortuis) Fecerunt † autem ei cœnam ibi: & Martha mi-
a ¶ Vt non phantaſma, ſed vera eius reſurrectio probetur, comedit, loquitur, &c.
niſtrabat: Lazarus verò vnus erat ex diſcumbentibus cum
a ¶ Altera ſoror Lazari.
b eo. † Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtici pre-
cioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit capillis ſuis pedes eius &
a ¶ Iſte moritur bono odore, de quo alij viuunt.
c domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Dixit ergo vnus ex di-
¶ A loco.
ſcipulis eius Iudas * Scariothis, (* Simonis Iſcariotes) qui erat eũ traditurus: Quare
hoc vnguentũ nõ veniit trecẽtis denariis, & datũ eſt egenis?
a ¶ Ne eum cura pauperum putaremus dixiſſe, determinat euangeliſta cur dixerat.
d Dixit autẽ hoc, non quia de egenis † pertinebat ad eum, ſed
a ¶ Domini loculorum cuſtos. b ¶ In loculos. c ¶ Miniſterio, ſed tollebat furto, id eſt, exportabat.
e quia fur erat, & † loculos habẽs, ea quæ mittebãtur portabat. († marſupiũ)

## NICOLAVS DE LYRA.

*quia primò deſcribitur eius fama ſiue glorificatio, ſecundò Iudæorum infidelitas & obſtinatio, ibi:* Cum autem tanta ſigna. *Prima in duas, quia primò ponitur eius glorificatio ab homine, ſecundò à Deo patre ibi:* Nunc anima mea turbata, *Prima in tres, quia primò ponitur glorificatio Chriſti ab amicis familiaribus, ſecundò à turbis vulgaribus, ibi:* Cognouerunt ergo turba, *tertiò à gentilibus ibi:* Erant autem Gentiles. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur obſequium Chriſti factum ab amicis in generali, ſecundò à Maria in ſpeciali, ibi:* Maria ergo. *In prima parte dicitur ſic:* Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ. *Immediatè enim poſt ſuſcitationem Lazari Iudæi diffinierunt occidere Chriſtum, vt prædictum eſt, & ideò receſſerant quouſque appropinquaret Paſcha, in quo immolabatur agnus Paſchalis, vt ſic Chriſtus qui eſt agnus verus immolaretur pro nobis immediatè poſt immolationem agni Paſchalis figuralis, vt veritas figuræ ſuccederet.*

1 Venit in Bethaniam. *Quæ eſt propè Ieruſalem ad duo milliaria,* vbi Lazarus fuit mortuus quem ſuſc. Ieſus, *Illuc enim venit, vt ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur ad eum honorificè recipiendum in Ieruſalem ante ſuam paſſionem, ſicut fuerat prædictum per Zachariam prophetam 9.c.* Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem, ecce rex tuus venit, &c.

2 Fecerunt au. ei cœ. ibi. *Homines illius loci. Et fuit hæc cœna in domo Simonis leproſi, vt communiter tenẽt doctores, fuerat tamen prius à Chriſto curatus, ſed nomen remanſerat ad memoriam miraculi.*

ORIGENES *autem dicit, quòd illa cœna fuerat in domo Marthæ quod probat ex eo, quod ſubditur.*

3 Et Martha mini. *Sed poteſt dici, quòd iſte Simon erat vicinus Marthæ, & propter hoc ipſa miniſtrabat in domo eius, ſicut homines ſolent facere domibus amicorum ſuorum, & maximè propter reuerentiam ipſius Chriſti comedentis ibidem.*

4 Lazarus verò vnus erat ex diſ. cum eo. *Inuitatus à Simone, hoc autem factum eſt ad declarationem veri miraculi de eius ſuſcitatione.*

5 Maria ergo. *Hic deſcribitur obſequium Chriſto impenſum à Maria in ſpeciali. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur Mariæ deuotio, ſecundò Iudæ indignatio, ibi:* Dixit ergo vnus, *tertiò eius reprehenſio, ibi:* Dixit ergo Ieſus. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Maria ergo.

6 Accepit libram. *In quo notatur quantitas vnguenti, non eſt veriſimile, quòd eſſet aliquid groſſæ materiæ, ſicut vnguenta communiter dicta quia indecens eſſet tale quid ponere ſuper caput hominis ſedentis in menſa. Maria autem non ſolùm vnxit pedes domini, ſed etiam caput, vt Matth. exprimit 26.a. & Marcus 14.a, licet hic omittatur. Et ideò dicendum, quòd hic vocatur vnguentum liquor precioſus de re aromatica expreſſus, ſicut aqua roſacea de roſis exprimitur. Aliter dicitur, quòd fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica.*

7 Nardi. *Nomen eſt herbæ nigræ aromaticæ habentis ſpicas propter hoc dicitur Mar.14.a.* Nardi *ſpicati, & de illis ſpicis extrahebatur liquor prædictus per artificium, vel naturam ſecundùm alios.*

9 Piſtici. *Secundùm Auguſtinum nomen eſt loci, vbi creſcit herba vnde talis liquor exprimitur, ſed melius dicitur:* Piſtici, *id eſt, fidelis. Piſtis enim Græcè, fides eſt Latinè, hoc eſt dictum, quod ille liquor erat purus & verus, non habens aliquid aliud admixtum, nec ſophiſticatum.*

10 Precioſi. *Quia valebat trecentos denarios, vt habetur Mar.14.ca. id eſt, trecentos nummos vſuales, erat enim liquor ille refrigeratiuus & confortatiuus membrorum, & conſolidatiuus, & valdè odoriferus.*

11 Et vnxit pedes Ieſu & exterſit capillis ſuis pedes eius. *Ordine conuerſo factum fuit quam hic ſcribatur, quia primò lauit pedes & exterſit, & poſtea vnxit.*

12 Et domus impleta eſt ex odore vnguenti. *Ex quo patet precioſitas vnguenti & deuotio Mariæ expendentis rem tam precioſam in obſequium domini. Vtrum autem iſta fuit mulier de qua narrat Lucas, dictum fuit ca. præcedenti.*

13 Dixit ergo, *Hic ponitur Iudæ murmuratio, cum dicitur.*

14 Vnus ex diſcipulis eius, Iudas Scariothis. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Iudæ.*

15 Qui erat eum traditurus. *Licet enim primò fuerit bonus, quãdo vocatus fuit ad apoſtolatum, vt ſuprà dictum eſt, tamen poſtea lapſus eſt in peccatum. Quod autem dominus in ſua ſocietate tolerauit eum, dedit nobis exemplum tollerandi malum.*

16 Quare hoc vnguentum non veniit, &c. *Id eſt, venditur vnde verſus:* De re quæ veniit gratia nulla venit. *Habet enim ſenſum paſſiui ſub voce actiua.*

17 Et datum eſt egenis? *Hoc dixit ſimulans pietatem, ad operiendum ſuam cupiditatem propter quod ſubdit euangeliſta.*

18 Dixit autem hoc, non quia de egenis. *Id eſt, de illis non curabat licet enim ea portaret quæ dabantur Chriſto ad dandum pauperibus non tamen faciebat, ſed retinebat ſibi, ideò ſubditur.*

19 Quia fur erat, & locu. ha. *In quibus abſcondebat ea quæ debebant in alios vſus expendi, vnde ſubditur.*

20 Et quæ mittebantur. *Id eſt, Chriſto dabantur ad ſubueniendum neceſſitatibus Chriſti & diſcipulorũ eius, & ad dãdum pauperibus.*

21 Portabat. *Id eſt, officium portandi & ſeruandi habebat ad iſtos vſus, licet hoc infideliter ageret. Ex hoc patet, quòd Chriſtus & diſcipuli* eius i.e

MORALITER.

5 *Maria ergo accepit libram vnguenti.* Exponatur ſicut ſuprà Matth. 26. & Mar. 14.

*Cogitauerunt*

☞ ſumptus pauperum, condeſcendens infirmis.

A a *Sinite illam.* Nouit furem, ſed non prodit, docens tolerare, malos. Tantum obſequium Mariæ commendat, oſtendens quod eſſet moriturus, & ad ſepeliendum aromatibus vngendus. Ideò Mariæ cui non licuit mortuum vngere, datum eſt viuentem officio funeris donare, vnde ſecũdùm Mar. dicitur, quod habuit, id eſt, potuit, hoc fecit, præuenit vngere corpus meum in ſepulturam.

Mar. 14. a. † Sine

†De pœn. di. 1. c. quanruſlibet

B Magna patientia non arguit Iudam auariciæ, & non cauſa pauperum dixiſſe, ſed ex ratione mõſtrat non eſſe culpãdos illos, qui ipſi inter homines conuerſanti de facultatibus miniſtrant, qui paruo tempore corporaliter eſt apud eos manſurus, cum ſemper ſint pauperes futuri quibus eleemoſyna poſſit impendi.

† Poſtero die

†Matt. 21. a. Mar. 11. a. Luc. 19. f.

C b *Me autem non ſem. ha.* Corporali præſentia. Vel non habebitis, tu Iuda & qui ſunt huiuſmodi, quia ſi mali iam communicant

¶ Vt ſi non re impleat, tamen deuotione poſt meam mortem.

a Dixit ergo Ieſus: † Sinite illam, in diem ſepulturæ meæ † ſer- 1
b uet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autẽ 3 2
non ſemper habebitis. † Cognouit ergo turba multa ex Iu- 4
c dæis, quia illic eſt, & venerunt non propter Ieſum tantùm, 5 6
d ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. † Cogi- 7
e ¶ Quia propter Lazarum veniebant. 8
tauerunt autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum inter- 9
ficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis,
¶ In die dominica.
f & credebant in Ieſum. † In craſtinum autem turba multa, 10
quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia venit 11
a ¶ Per ramos mortificatio carnis, vel exempla præcedentium patrum.
Ieſus Ieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſ- 12
a ¶ H ero. Quaſi oſianna, id eſt, ſalua obſecro. 13
g ſerunt obuiam ei, & clamabant: † Oſanna, benedictus 14 15

cant ſacramentis, poſtea tamen non habent dominum vt boni. D

c *Et ve.* Curioſitas hos, non charitas adduxit. Nos ècontrà, ſi cognoſcimus Ieſum obedientis animæ domum in qua habitet inueniſſe veniamus illuc contẽplatione, non propter hominem tantum quem in anima ſuſcitatum videmus, ſed vt bonam vitam imitemur, & per hoc ad viſionem Ieſu perueniamus.

† ſeruabit Chriſtus dupliciter fuit honoratus à turb

d *Sed vt Laza.* MYSTICE. Reſurgentes in ſecundo aduentu rapientur in aëra cum domino.

†Conſultauerunt 1. Theſ. 4. d.

E

e *Cogita.* Quia nõ poterant occultare vel negare miraculũ, ſtultè volũt occidere, quaſi non poſſit ſuſcitare occiſum, qui ſuſcitauit defunctum.

Suprà 11. d

f *In craſtinum.* Ecce oues ex Iſrael veniunt ad paſtorem. Rami ſunt laudes ſignificantes victoriã ſuperaturi diabolum & mortem.

†הושיעה נא Hoſiah na, id eſt, ſalua obſecro

F

g *Clamabant.* AVGVST. Oſanna vox obſecrantis magis indicans affectum quam rem aliquã ſignificãs, ſicut interiectiones.

☞ *Rex Iſrael*

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *eius de eleemoſynis viuebant. Sciendum etiam. quod iſta portatio pecuniæ in via non pertinet ad perfectionem, ſed Chriſtus hoc faciendo ſuſcepit perſonam infirmorum, eis condeſcendens, ſicut fecit ſe abſcondendo à Iudæis, vt ſuprà dictum eſt. 8. g. & 10. f. Et hoc habetur extra de verbo. ſig.* Exiit qui ſeminat. *Et propter hoc malè arguunt illi qui ex hoc loco dicunt quod habere aliqua mobilia in communi ad perfectionem pertineat. Poteſt autem hic quæri, quare Chriſtus permiſit Iudam portare pecuniam prædictam, cum ſciret eum latronem. Dicendum quod à principio quando fuit ſibi traditum portandi officium, latro non erat, & quamuis Chriſtus ſciret eum futurum latronem, tamen tradidit ſibi iſtud officium, quia minor erat inter apoſtolos alios, propter quod vltimus inter eos nominatur, vt patet Matth. 10. a. & Mar. 3. c. talibus autem temporalia ſunt tradenda, maiores autem debent circa doctrinam & ſpiritualia occupari. Propter quod in primitiua eccleſia apoſtoli ſeptem diaconos ordinauerunt ſub eis ad temporalia adminiſtranda, vt ipſi apoſtoli liberiùs poſſent intendere orationi, & prædicationi, vt habetur Act. 6. b.*

1 Dixit er. *Hic ponitur Iudæ reprehenſio, cum dicitur:* Sinite illam, *quaſi dicat, non habetis cauſam ſufficientem murmurandi, quia egit opus bonum, vnde patet quod Iudas non ſolum murmurauit, ſed etiam alij diſcipuli, vt habetur Mat. 26. a. & Mar. 14. a. verumtamen, quia fuerunt incitati per Iudam, & iterum moti pietate, Iudas autem cupiditate, ideo Ioannes ſolum Iudam nominauit.*

2 In diem ſe. *Non loquitur de hoc quod iam erat effuſum, ſed de alio ſimili, quaſi dicat, illud quod pro ſepultura mea præparabit, illud reſeruabit, quia non poterit illud in me expendere præuenta acceleratione reſurrectionis meæ, quia quando venit ad monumentum ad vngendũ corpus dominicum, Chriſtus iam reſurrexerat, vt patet, infr. 20. a. Matthæus autem expreſſius hoc dicit:* Præuenit, vngere corpus meum in ſepulturam: *Et idem exprimitur hic obſcurius, cum dicitur.*

3 Sinite illam. *Quaſi dicat, dimittenda eſt nunc facere quod tunc faceret ſi poſſet, & illud vnguentum tunc ſeruabit in loco iſtius nunc in me expenſi. Et quia Iudas ita murmurando & alios ad hoc incitando cauſam pietatis prætenderat, ideo hanc excludit, di.*

4 Pauperes enim. *Quaſi dicat, poteſt recuperare ad benefaciendum pauperibus, ſed non poterit recuperare ad inungendum me corporaliter propter quod ſequitur.*

5 Me autem non ſem. ha. *Scilicet præſentia corporali ad habitandum in carne paſſibili, quæ indiget tali vnctione. Per hoc patet, quod aliquod opus minus neceſſarium poteſt præponi magis neceſſariò, quando imminet caſus, quod illud minus neceſſarium non poteſt alias recuperari.*

6 Cognouit ergo tur. *Hic conſequenter oſtenditur qualiter Chriſtus fuit honoratus à turbis, & hoc dupliciter. Primò eum viſitando ſecundò honorificè ei obuiando, ibi:* In craſtinum. *In prima parte dicitur ſic:* Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſſet. *Bethania enim erat propè Ieruſalem ad vnam leucam, & ideò de facili poterant hoc cognoſcere.*

7 Et venerunt non propter Ieſum tantũ. *In hoc innuitur duplex cauſa. Vna propter ipſum Ieſum reuerẽter viſitandũ. Alia quæ ſubditur.*

8 Sed vt Lazarum vide. *Facta enim mirabilia, libenter videntur Mirabiliſſimũ autem erat videre quatriduanum mortuum ſuſcitatum, comedentem & bibentem & alia opera facientem. Sperabant etiam audire ipſum referentem ſtatum alterius vitæ, quem omnes ſcire deſiderant. Et quia in hoc gloria Chriſti manifeſtatur, de quo dolebant principes populi, ideò ſubditur.*

9 Cogitauerunt autem principes ſacerdotum. *Ex quo patet eorum malignitas, quia volebant interficere illum quem Deus viuificauerat, ad occultandum miraculum. Si autem quæratur quare magis Lazarum perſequebantur quam cæcum illuminatum, de quo dictum eſt 9. b. & languidum ſanatum, de quo dictum fuit. 5. b. Dicendum quod hoc erat, quia Lazarus erat homo nobilis & famoſus, & ideò miraculum in ipſo factum erat magis publicum & famoſum.* Quæſtio

10 In craſtinum. *Hic deſcribitur honor exhibitus Chriſto in turbæ obuiatione. Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur ipſa obuiatio. Secundo ſubditur huius obuiationis ratio, ibi:* Teſtimonium ergo. *In prima parte dicitur ſic.* In craſtinum autem turba multa quæ venerat ad diem feſtum. *quia omnes tenebantur venire in Ieruſalem in ſolemnitate Paſchæ.* Diuiſio

11 Cum audiſſent, quia Ieſus venit Ieroſolymam. *Iſtud fuit quinto die ante Paſcha illa die accipiebatur agnus & ſeruabatur vſque ad veſperam quartæ decimæ diei & tunc immolabatur, vt habetur Exod. 12. c. ideò Chriſtus illa die venit in Ieruſalem, vbi erat immolandus tanquam verus agnus pro nobis, vt ſic veritas reſponderet figuræ.*

12 Acceperunt ramos palmarum. *Quod diuina diſpoſitione factũ eſt, ad deſignandum victoriam quam Chriſtus de hoſte in proximo erat habiturus. Vnde antiquitus dabatur ramus palmæ victori in certaminib.*

13 Et proceſſerunt obuiam ei. *Reuerenter.*

14 Et cla. Oſanna. *Id eſt, ſalua obſecro, quia petebant ab eo ſalutẽ.*

15 Benedictus qui venit. *In hoc laudãt & confitẽtur eius aduentũ Dicere enim hominis non eſt ſuum facere, ſed tantum fateri, & ideo quando Deum benedicimus non eum bonum facimus, ſed tantummodo eius bonitatem fatemur & laudamus. Dicere autem Dei eſt ſuum facere, ſecundum quod dicitur Pſal. 32. b. Dixit & facta ſunt, & ideo quando Deus homini benedicit, ei beneficium impendit.*

✱ In nomine

## MORALITER.

† 9 *Cogitauerunt autem principes ſacerdotum, vt Lazarum interficerẽt, quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebãt in Ieſum.* AVGVSTINVS. O cæca ſæuicia, quaſi dominus ſuſcitare potuerit mortuum & non poſſit occiſum, ecce vtrumque dominus fecit, nam Lazarum mortuũ & ſeipſum occiſum ſuſcitauit.

10 *In craſtinum autem turba multa.* Exponatur ſicut ſuprà Mat. 21. a. & Mar. 11. a. Erant gentiles quidam, &c. Sequitur.

† *Domine*

a *Rex Iſrael.* Rex non terreno more, quod parum eſt, ſed quia
A regit, & ad mentes, & ad regna cœlorum ducit, & eſt miſera-
tionis non indignationis.
b *Et inuenit Ieſus aſellum.* THEOPHYLACTVS. Quomo-
do alij quidem E-
uangeliſtæ dominũ
dicunt ad diſcipulos
dixiſſe: *Soluite & ad-
ducite mihi?* Ioannes
autem nihil tale hic
dicit ſed tantum in-
quit nactus Ieſus a-
ſellum. Et cur hoc?
nunquid inter ſe diſ-
ſidet? Cęterùm quod
illi dixerunt fuſius,
hic quidem compen
B dio dixit, ſaluum e-
nim & adductum à
diſcipulis inuenit &
ſedit ſuper eum. Et
propterea etiã pro-
phetiam impleuit
Zachariæ, qui dixit:
Ne timeas filia Siõ
ecce rex tuus veniet
tibi ſedens ſuper pul
lum aſinæ.
c *Noli timere fi.*
In reprobo po-
pulo erat filia Sion,
C id eſt, Ieruſalem, ſci-
licet, oues quæ deuo-
tè occurrunt ve-
nienti, quibus diuinitus dicitur: Agnoſcite quem laudatis, & ne D
timeatis cùm patitur qui eſt veſtra redemptio. Pullus in quo
nemo ſederat, populus eſt gentium qui legẽ Dei nõ acceperat.
d *Ecce to.* Per paſſionẽ & reſurrectionẽ totũ mundũ redemit, &
ſequutus eſt eum. Et
quid mirum ſi mun-
dus poſt eum vadit
per quem factus eſt
mundus?
e *Hi ergo acceſſe.* † Zach.9.c
Oſtendit gentes per
prædicationem apo-
ſtolorum conuerſas.
f *Ieſus autem.* De
Iudæis erant, qui cla
mabãt: Benedic. qui
venit in nomine do- E
mini, modo gentiles
quærunt videre, ec-
ce duo parietes con-
currentes. Dicit ita-
que angularis lapis.
g *Venit hora vt cla.*
Hæc non eſt clarifi-
catio de iſtis volen-
tibus videre ſed oc-
caſione horum an- † Gręci
nunciat venturam
plenitudinem gen-
tium eo in cœlis glo
rificato. Sed hãc alti-
tudinẽ glorificatio F
nis præcedit humi-
litas paſſionis, vnde.
Amen

a ¶ Patris, etiam poſſent dicere in ſuo, quia ipſe dominus. b ¶ Breuiter dicit, quod alij latius, quomodo factum ſit narrant. c ¶ Populum Iudæorum.
a qui venit in nomine domini rex Iſrael. Et inuenit Ieſus aſel- 1
b a ¶ Per confeſſionem fidei. b ¶ In Zacharia. c ¶ Huic facto adhibetur propheticum teſtimonium. 2 3
c lum, & ſedit ſuper eum, ſicut ſcriptum eſt: † Noli timere filia 4
Sion: Ecce rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſinæ. 5
a ¶ Fieri ſecundum prophetiam quod in pullo ſederit.
Hæc non cognouerunt diſcipuli eius primùm, ſed quando 6
a ¶ Reſurrectione. b ¶ Recolentes quæ viderant. c ¶ Non alia quam quæ ſcripta erant de eo. 7
glorificatus eſt Ieſus, tũc recordati ſunt quia hæc erant ſcri-
a ¶ Simplices mirabile factum efferebant, ſed phariſæi turbidè loquuntur.
pta de eo, & hęc fecerunt ei. Teſtimonium ergo perhibebat 8
turba, quę erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monu-
mento & ſuſcitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam ve-
¶ Iudæi turbati.
nit ei turba, quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi 9
er go dixerunt ad ſemetipſos. Videtis, quia nihil proficimus. 10
a ¶ Prophetant neſcientes. ¶ Proſelyti.
d Ecce totus mundus poſt eum abiit. Erãt autẽ quidam † genti- 11
e les ex his qui aſcenderant, vt adorarent in die feſto. Hi ergo 12
acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & 13 †
rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Ieſum videre. 14
f Venit Philippus & dicit Andreę. Andreas rurſum & Philip- 15
g pus dixerunt Ieſu. Ieſus autẽ reſpondit eis dicẽs: Venit hora, 16 17

NICOLAVS DE LYRA.

1 In nomine domini. *Id eſt, ſicut dominus. Non ſic autem venit Moyſes, ſed tantummodo vt ſeruus, vt habetur Hebr.3.a. Vel aliter:* In nomine domini. *Id eſt, à Deo patre miſſus ad explendũ eius voluntatẽ.*

2 Rex Iſrael. *In hoc confitentur eius potentiam tamen diminutè, quia credebant ipſum regnaturum temporaliter & liberaturum eos à tributo, ipſe autem venit ad regnandum ſpiritualiter, & ad liberandum totum genus humanum à diabolo, quod erat maius, propter hoc in Pſal. 117.d. vbi iſta laus prædicta fuit, dicitur:* Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit no. *In quo exprimitur eius diuinitas & regnum ſpirituale.*

3 Et inuenit Ie. aſel. & ſe. ſuper eum. *Modum autem & qualiter & per quem Chriſtus hunc aſellum habuit, ſcilicet, per miſſionem diſcipulorum, euangeliſta tranſit, quia ſufficienter fuerat expreſſum ab aliis, ſcilicet. Matth.21.a. & Mar.11.a.*

4 Sicut ſcriptum eſt. *Zach.9.c.*

5 Noli timere filia Sion, &c. *Hoc fuit expoſitum Matt.21.*

6 Hæc, &c. primum. *Id eſt, pro tunc, quia adhuc erant ſimplices & illiterati.*

7 Sed quan. glo. eſt Ie. *Id eſt poſt reſurrectionem ſuam quando fuit glorioſus ſimile in anima & corpore, tunc enim aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas, vt habetur Luc. vlt.g.*

8 Teſtimo. *Hic ponitur dictæ obuiationis ratio, quæ fuit promulgatio ſuſcitationis Lazari ipſis turbis per illos qui præſentes fuerant in ſuſcitatione, & hoc eſt quod dicitur:* Teſtimonium ergo perhibebat turba, &c.

9 Phariſæi ergo, &c. *Hic conſequenter ponitur Phariſæorum zelus ſiue æmulatio, cum dicitur:* Phariſæi ergo dixerunt ad ſemetipſos. *Id eſt, inter ſe.*

10 Videtis quia nihil proficimus. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de bono zelo quia aliqui de Phariſæis in eum crediderant vt patuit ſupr. de Nicodemo 3.ca. & iſti volebant alios retrahere à Chriſti perſequutione, quaſi dicerent, quantumcumque laborauerimus ad eũ impediendum, nihil tamen proficimus, & ideo videtur quod ſit factum diuinum. Cui ſimile fuit dictum Gamalielis retrahentis Iudæos à perſequutione apoſtolorum, vt habetur Act.5.g.* Diſcedite ab hominibus iſtis & ſinite illos quoniam ſi ex hominibus eſt conſilium hoc aut opus diſſoluetur: Si autem ex Deo, non poteritis diſſoluere ne fortè & Deo repugnare videamini. *Alio modo exponitur de malo zelo quantum ad illos qui non crediderant Chriſto. Et ideò inuidia moti talia dicebant.*

11 Ecce totus mundus, &c. *Sermo eſt hyperbolicus ad exprimendum quod multi ſequebantur Chriſtum.*

12 Erant autem. *Hic oſtenditur glorificatio Chriſti, à gentilibus. Et diuiditur in duas, quia primò exprimitur eorum deuotio, ſecundò Chriſti reſponſio, ibi:* Ieſus autem reſpondit. *In prima ergo parte dicitur ſic:* Erant autem quidam gentiles, &c. *Nam aliqui de gentilitate conuertebantur ad ritum Iudæorum, qui dicebantur proſelyti, & iſti tenebantur eſſe in ſolennitate Paſchali, ſicut & alij. Dicuntur enim hic gentiles. quia remanebat eis nomen priſtinum. Alio modo exponitur hoc & melius de gentilibus ſecundùm veritatem, quia templum pro ſui ſanctitate habebatur in reuerentia à gentilibus qui erant in circumitu Iudæorum, vt habetur 2.Mac.3.a. & ideò multi de eis aſcendebant adorare in Ieruſalem, & maximè in ſolennitate paſchali, non tamen admittebantur ad eſum agni paſchali, niſi prius dimiſſo ritu gentilitatis eſſent circunciſi, vt habetur Exod.12. Iſti igitur qui audierãt Chriſti miracula ideo volebãt eũ videre & eius doctrinã audire, ideo ſubditur.* Diuiſio

13 Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, &c. *Quia videbãt eum manſuetum & pium, & ideò priùs ei expoſuerunt ſuum deſiderium.*

14 Venit Philippus & dicit Andreæ. *Quia Andreas principalior erat ipſo, cum eſſet primus Chriſti diſcipulus, & per eum Philippus etiã fuerat conuerſus, vt dictum eſt ſuprà c.1. & ideò volebat circa hoc agere de eius conſilio & maximè quia fortè memor erat verbi Chriſti dicentis apoſtolis Matt.10.a. In viam gentium ne abieritis, propter quod ipſi Chriſto nolebat hoc nunciare proprio capite.*

15 Andreas rursùm & Philippus dixerunt Ieſu. *Hoc diuina diſpoſitione factum eſt ad prænoſticãdum quod gentiles erãt in proximo adducendi ad fidem Chriſti per prædicationem Apoſtolorum.*

16 Ieſus autem reſpondit. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua primò denunciat ſuam paſſionem, ſecundò exhortatur ad eius imitationem, ibi:* Qui amat animam ſuam.

*Circa primum ſciendum quod Chriſtus reſpondendo denunciationi ſibi factæ de gentilium deuotione, prænunciauit ſuam paſſionem, quia immediatè poſt illam gentiles erant recipiendi ad fidem, & hoc eſt quod dicitur,* Matt. 27.f.

17 Venit hora vt clarificetur filius hominis. *In paſſione ſua fuit*

MORALITER.

† *Domine volumus Ieſum videre.* AVGVSTINVS. Ecce volunt eum Iudæi occidere, & gentiles videre, ſed & illi ex Iudæis erant qui clamabant. *Benedictus qui venit in nomine domini.* Ecce iſti ex circunciſione, & illi ex pręputio velut duo parietes de diuerſo venientes & in vnam fidem Chriſti pacis oſculo concurrentes, ideo ſequitur.

17 *Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Clarificatus enim in eccleſia

¶ Sed prius ſum moriturus.
a vt † clarificetur filius hominis.† Amen,amẽ dico vobis: Niſi 1
b granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum
a ¶ In fidelitate Iudæorum. b ¶ In fide populorum.
ſolum manet. Si autem mortuum fuerit,multum fructum af-
a ¶ Vero amore. b ¶ Morietur cum Chriſto. c ¶ Temporalem vitam. 2
c fert. Qui amat animam ſuam,perdet eam. Et qui odit animã 3
d ſuam in hoc mundo, in vitam æternam † cuſtodit eam. Si 4
e
a ¶ Et ideò. ¶ Id eſt,quærit non quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti,quæcunque bona ſiue, in temporalibus ſiue in ſpiritualibus propter Deum faciens.
quis mihi miniſtrat,me ſequatur.Et vbi ſum ego, illic & mi- 5
a ¶ Vt ibidem ſit adoptatus,vbi eſt vnicus.
niſter meus erit.Si quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ 6
a ¶ Tunc honorificabitur anima mea. b ¶ Quod eſt ex voluntate. c ¶ Q.ſcis quid agam. 7
f pater meus.† Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicã? Pa- 8
g ¶ Paſſionis. 9
ter ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in hãc horã. 10
11

† glorificetur

† cuſtodiet

a *Amen,amen dico vobis,&c.* Vbi ſe dicit granum mortificandũ
A & multiplicandum,ad quam paſſionem iam exhortatus ſubdit: *Qui amat animam ſuam,&c.*

b *Niſi granum frumenti.* AVGVSTINVS. Ipſe eſt frumentum quo viuere debet fidelis anima. Granum, de quo ſpiritualis ſeges debet ſurgere. Cùm ſint multa grana ſeminum, nulli ſe comparat niſi frumẽto,vnde mos cœpit eccleſiæ de hoc ſolo grano confici corpus domini.

Conuent.in Ezech. lib. 11.c.36.

*Niſi granũ fru. &c.* ✠ HIERO.Quando cor nouũ datum fue-
B rit & ſpiritus nouus: Tunc auferetur de corde Iudaico omnis duritia quæ lapidi comparatur, vt ꝓ lapideo corde ſit cor carneum molle & tenerum,quod ſpiritum Dei in ſe poſſit recipere, & inſcribi literis ſalutaribus.Tunc ambulabunt in præceptis domini & cuſtodient iudicia eius, & habitabunt in terra confeſſionis, quam dederat patribus eorum Abraham, Iſaac & Iacob & cunctis ſanctis & prophetis, & erunt in populum Dei & dominus erit eis in Deum quod præſenti tempore comprobatur, cúmque ſaluati fuerunt vocabit dominus frumentum & multiplicabit illud,*niſi enim granum frumenti cadens in terram,&c.*

† Mat.26.d Mar.14.b.

c *Qui amat.* AVGVSTINVS. Qui amat in hac vita perdit in
C futuro quod magis congruit,vnde ſubdit.

d *Qui odit ani.&c.* Non amat ſed odit animam in hoc mundo, qui diligendo Deum,potius quàm in eum peccet eligit occidi. D

e *Si quis mihi miniſtrat.* Precium operis quo illi miniſtratur eſt eſſe cum illo, ſine quo nuſquam bene eſt eſſe, & cum quo nuſquam malè eſt eſſe vnde & apertiùs ſubdit: *Si quis mihi miniſtrat.*

f *Nunc anima mea turbata eſt.Et quid di.* Prædicta paſſione & ad eã ſuppoſita exhortatione quaſi data voce fortitudinis ſuæ ſubdit affectum infirmitatis noſtrę quam verè ſuſcepit, ſed ex voluntate pro nobis ne de hac infirmitate deſperem⁹:In qua etiam docet quid dicere debeamus, & quo confugere.Q.d.
E Conturbatur anima mea,quid dicã? quo confugiam? quem inuocem?in quẽ ſperem? in patrem qui ſaluat,cui volũtatem meam ꝓpono, quia propterea vt hęc patiar,veni in hanc horam vnde & clarificatio mihi ſic fit & in membris meis.

† De deci. cum non ſit in homine in princ.

g *Pater clarifica.* Saluationem quæro,ſed paſſionem nõ recuſo, propter quã paſſionẽ clarifica me, quod eſt gloria tui nominis.

✠ HIERONYMVS. Ad te domine clamaui vt clarifices me ea claritate, quam habui apud te priuſquam mundus fieret, quia nunc hominem aſſumpſi. In Pſal.27.

✠ THEOPHYLACTVS. Videtur ſibi ipſi contraria loqui, nam qui ſuperius videtur admonere, vt exerceamur plurali ſumus ad mortem & odio habeamus animam hic nunc turba-
F tur, inquit, moriturus,quod non eſt exhortantis ad mortem,ſed auertentis,At

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *fuit clarificatus per ſigna oſtenſa in ſolis offuſcatione,in terremotu, & ſepulchrorum apertione,& veli templi ſciſſione. Fuit etiam clarificatus in ſua reſurrectione & aſcenſione,ſecundũ ꝙ dicitur Phi.2.a.* Humiliauit ſemetipſum,&c.*Sequitur.*Propter quod & Deus exaltauit illũ & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. *Fuit etiam clarificatus in gentilium conuerſione,qui eius Deitatem vbique confitetur, propter quod ibidem ſubditur:* Et omnis lingua confiteatur,&c. *Et quia Chriſtus præuidebat iſta futura in proximo, ideò audiẽs deuotionẽ gentilium,qui iam erant diſpoſiti ad credendum dicit:*Venit hora,&c. *ſicut aliquis videns meſſes diſpoſitas ad collectionem,dicit:Venit hora vt mittantur falces verumtamen per congruum exemplum oſtendit, quòd mors eius debebat præuenire gentilium conuerſionem dicens.*

Moraliter

1 Niſi granum frumenti. *Quia non facit fructus multiplicationem niſi per ſuam præcedentem corruptionem, ſic mortuo Chriſto quo ad ſuam humanitatẽ,multiplicata eſt fides in gentibus, vnde ſimile eſt ac ſi Chriſtus expreſſè dixiſſet: Iſti gentiles qui modo volunt venire ad me, poſt mortem meam venient ad me per fidem.*

2 Qui amat.*Hic hortatur Chriſtus ad ſuæ mortis imitationem. Ad cuius intellectum ſciendum quòd amare aliquem eſt ei velle bonum. Et ſi bonum volitum ſit verè & ſimpliciter bonum,eſt verus amor,& aliter non.Sunt autem quædam hominis bona,quæ ſunt bona ſimpliciter & vera,quæ ſunt bona ſpiritualia, quædam autem ſunt bona ſecundùm quid, ſicut temporalia bona corporalia & mundi delectabilia, & ſecundùm hoc Auguſt.exponit dupliciter hanc literam. Primò ſic:* Qui amat animam ſuam. *Scilicet verè quo ad ſpiritualia.*

Bona duplicia.

3 Perdet eam. *In præſenti, non formidans ſuſtinere mala præſentis vitæ pro Chriſto,vnde dicit Auguſtin.Si cupis vitam tenere cum Chriſto, noli mortem timere pro Chriſto. In morte enim dicitur quodammodo anima perdi quo ad præſentem vitam,quia ſeparatur à corpore.Alio modo exponitur ad ſenſum contrarium.*

Qui amat animam ſuam. *Scilicet non verè volendo ſibi delectabilia huius mundi.Perdet eam in futuro quia priuabitur vita beata,& ſecundùm hunc ſenſum dicit Auguſt. Noli amare ſcilicet animam in hac vita,ne perdas eam in vita æterna.Et hæc vltima expoſitio magis conuenit textui quia ſequitur:*Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eã,*& ideò quando primus dixit:*Qui amat animam ſuam, *ſubintelligitur in hoc mundo, & quando ſubditur:* Perdet eam:*Intelligitur in futuro.Et quòd debeamus ſpiritum imitari in paſſione,oſtendit per rationem dicens.*

4 Si quis mihi miniſtrat,me ſequatur. *Q.d.Rationabile eſt quòd miniſter ſequatur dominum,& cùm hoc oſtendit huius ſequelæ premium ipſam,ſcilicet beatitudinem,dicens:*

5 Et vbi ſum ego,&c. *Quia Chriſtus inquantum Deus eſt, eſſentialiter ipſa beatitudo, & quantùm ad humanitatem erat actu beatus in anima, quæ eſt principalior pars hominis, ideò ipſa anima aliquando nominatur homo vt habetur 10.Ethic.*

6 Si quis mihi miniſtrauerit.*Obediendo mandatis meis.*

7 Honorificabit eum pater meus. *Honor enim datur omni ab aliis hominibus in vita præſenti in teſtimonium virtutis, ſed honor datur hominibus à Deo in gloria cœleſti in præmium virtutis.*

8 Nunc anima mea turbata eſt. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus glorificatus eſt à patre. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur huius gloriæ petitio.Secundò ſubditur ipſius promiſſio,ibi:*Venit ergo. *Circa primum Chriſtus præmittit ſuæ petitionis oſtẽſionem affectionis naturalis,ad declarationem veræ humanitatis in ipſo,di.* Nunc anima mea turbata eſt. *Turbari enim aliquid dicitur quando commouetur. Ideò mare motum dicitur turbatum.In Chriſto autem pars ſenſitiua dimittebatur agere quod erat ſibi proprium,ideò imminente paſſione affectus ſenſitiuus commouebatur timore ex horrore naturali, & hoc eſt quod dicitur hic turbatio animæ, tamen iſta turbatio non erat contra rationem,ſed magis conueniens rationi, & per rationem excitata, ad oſtendendum veritatem humanæ naturæ vt dictum eſt: & ad merendum noſtram redemptionem, ſicut & aliæ afflictiones Chriſti. Et quia dixerat alios imitari mortem ſuam,ne fortè aliquis ei diceret, ſecurè potes mortem ſubire,quia nihil mali ſentis, ideò contrarium voluit oſtendere per talem turbationem & per conſequens non eſt recedendum ab eius imitatione propter naturalem horrorem.*

9 Et quid dicam? *Q.d.ſecundùm appetitum ſenſitiuum faciam hãc petitionem.*

10 Pater ſaluifica me ex hac hora. *Liberãdo me à paſſione imminente.Verumtamen quia ſecundùm appetitum rationalem qui dominabatur in eo,volebat pati propter patris obedientiam,& propter humani generis ſalutem,ideò aliter loquitur dicens.*

11 Sed propterea veni in hanc horam. *Q.d.Ad hoc veni in mundum,vt patiar propter prædicta,ideò orando dicit.*

✠ Pater

*MORALITER.*

† eccleſia ex Iudæis & gentibus collecta.Quod ſequitur morale eſt vſque ibi.

† *Et ego*

auertentis. At ſi rectè conſideraueris, inuenies quod turbari ipſum ſit exhortatio ad cõtemptum mortis vt enim nequis poſſit dicere quod ipſe extra humanas paſſiones conſtitutus facile de morte philoſophatur oſtendit quod & ipſe ab humanis paſſionibus tentatus ſit, tamen nec mortem deuitet.

A

non in eis intrinſecus regnat, contra eos pugnat extrinſecus, & quia intus dominium perdidit bella molitur foris. Ille enim eũ de carnalibus hominum cordibus expulit qui propter homines ad incarnationem venit dúmque corda infidelium tenuit, quaſi manum ad latibula ſerpentis miſit.

D

a *Non propter me vox.* Oſtendit hanc vocem non ſibi indicaſſe quod ſciebat ſed eis quibus indicari oportebat.

† De conſe. di.3 c.ſi. in ſi.

b *Nunc iudicium eſt* Diſcretionis, ſcilicet quod eſt ante vltimum damnationis quia nunc per paſſionem iure diaboli deſtructo multi liberabuntur vnde exponẽdo ſubiungit. Patior turbor, & per hæc, &c.

B

† Supra.3. &.8.d.

Lib.17. moral.cap.21.

c *Nunc princeps huius mun.&c.* ✠ GREGORIVS. Cauerna Colubri (de quo Eſaiæ.27. corda ſunt iniquorum quæ quia ad prauitatem propriam traxit quaſi in eorum habitatione requieuit. Sed obſtetrica ante manu domini virtuoſus coluber de propriis cauernis repulſus eſt, quia dum nobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat antiquus à nobis hoſtis eiicitur. Sicut incarnata veritas dicit: *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Vnde tam nunc ſanctos omnes, non tenendo poſſidet, ſed tentando perſequitur. Nam quia non

C

¶ Suſcitando.
Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo di- 1
a ¶ Antequam mundus eſſet vel in omnibus mirabilibus quæ hucuſque egit in homine, vt in reſurrectione Lazari. ¶ In reſurrectione & aſcenſione. 2
cens.† Clarificaui, & iterum clarificabo. Turba autem quæ 3 4
ſtabat & audierat, dicebat tonitruum factum eſſe. Alij autem 5
dicebant Angelus ei loquutus eſt. Reſpondit Ieſus, & dixit. 6 7
a Non propter me vox hæc venit, ſed propter vos. Nunc 8
b ¶ Diſcretionis. a ¶ Nunc patior turbor, & per hæc. b ¶ Diabolus qui dominatur in malis mundo deditis. 9
c iudicium eſt mundi. Nunc princeps huius mundi eiicietur 10 11
d ¶ Affirmatiuè. ¶ In cruce. ¶ Vt ſim caput, & illa membra 12
e foras. † Et ego ſi exaltatus fuero à terra † omnia traham ad 13
¶ Scilicet in cruce. 14
meipſum. Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet 15
moriturus. Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege, quia 16 17
f Chriſtus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet 18

d *Eiicietur.* A redẽptis expelletur, prædicantibus apoſtolis plenè expelletur qui olim à paucis etſi extra tentetur, non lædit intus.

e *Et ego ſi exaltatus fuer.* ✠ HIERONYMVS. Nec mirum eſt filium ad ſe trahere credentes, cum & pater ipſe ad ſe filium trahat nemo enim ait, venit ad me niſi pater qui miſit me adducat eum. Eiecto diabolo cum exaltatus fuero (non enim dubitat) traham omnia. Non dicit omnes, vt de vniuerſitate hominum acciperes, ſed omnia de integritate creaturæ, id eſt, animam, quod & corpus intelligimus, quod viuimus, vt nec capillus pereat. Vel vt de ſolis hominibus dicatur omnia prædeſtinata de quibus nihil perit, vel omnia genera hominum omnia, de quibus diabolus eiicitur.

In ca.2 eccl.

E

† Omnes.

Luc.21.d.

f *Et quo.tu.* Quomodo in cruce morietur? Hoc enim eum dixiſſe putabant quod facere cogitabant. *Fili.ho.* Quia hoc memoriter

F

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Pater clarifica nomen tuum. *Id eſt, fac illud in quo relucet gloria tui nominis ſcilicet paſsionem filij in qua ipſe pater eſt clarificatus, & per conſequens filius qui eſt idem cum patre in ſubſtantia quia per paſsionem filij diuulgatam per apoſtolorum prædicationem, noticia patris & filij & ſpiritusſancti diffuſa eſt per totum orbem.*

2 Venit ergo. *Hic ponitur gloriæ petitæ promiſsio & diuiditur in tres quia primò ponitur vox patris gloriam promittentis, ſecundò opinio turbæ de illa voce variè ſentientis, ibi:* Turbæ ergo. *tertiò expoſitio prolatæ vocis, ibi:* Reſpondit Ie. *Circa primum ſciendum, quod illa vox fuit formata à tota trinitate, cum eius opera ſint indiuiſa, verumtamen dicitur vox patris, quia fuit formata ad repreſentandum perſonam eius & hoc eſt quod dicitur.* Venit er. vox de. *à Deo patre modo prædicto.*

3 Clari. *Quia Chriſtus non clarificauit ſemetipſum, vt pontifex fieret vt dicitur Hebræ.5.b. ſed pater glorificauit eum primò in miraculis in vita Chriſti factis.*

4 Et iterum cla. *Quia poſtea clarificauit eum in morte per ſigna diuinitatis oſtenſa, reſuſcitando eum & exaltando eum ad cœlum.*

5 Turba au. *Hic ponitur opinio diuerſa de illa voce in illa enim turba aliqui erant magis rudes, qui tantum ſonum vocis perceperant non ſignificationem, & quantum ad illos dicitur.* Turba er. qui ſta. & au. di. toni. fa. eſſe. *Id eſt, aliquid per modum ſoni confuſi.*

6 Alij aut. *Magis perſpicaces intellexerũt articulationẽ vocis & iſti.*

7 Dicebant angelus ei loquutus eſt. *Credebant enim eum eſſe purum hominem & ideò dicebant angelum ei loqui ſicut aliquando in ſcriptura dicitur, quod angeli prophetis loquebantur.*

8 Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur expoſitio audite vocis & diuiditur in tres quia primò ponitur Chriſti expoſitio, ſecundò Iudæorum, contradictio, ibi:* Nos au. *tertiò Chriſti reſponſio, ibi:* Adhuc modi. *In prima parte oſtẽdit Chriſtus, quod non erat tonitruum nec ſonus confuſus ſicut aliqui credebant, ſed vox diuina propter inſtructionem populi circunſtantis, vt cognoſcerent ipſum Ieſum eſſe verum Chriſtum, cui de cœlo dabatur teſtimonium & hoc eſt quod dicitur.*

9 Non propter me vox hæc. *Quia vox fit ꝓpter inſtructionẽ alicuius, Chriſtus autem inſtructione non indigebat ſecundùm quod Deus ſimiliter nec inquantum homo, quia ab inſtanti conceptionis omnia perfectè cognouit quæ cognoſcit Deus ſcientia viſionis ideò vox illa non eſt facta propter eius inſtructionem, quia ſciebat ſe per paſsionem glorificandum à patre.*

10 Sed propter vos. *Id eſt, propter inſtructionem veſtram.*

11 Nunc iudicium eſt mundi. *Id eſt, iudicium diſcretionis, quia tempore paſsionis Chriſti diſcreti ſunt fideles credẽtes ab obſtinatis per infidelitatem in futuro autem erit iudicium condemnationis infideliũ & præmiationis credentium. Vel aliter.* Nunc iud. eſt mun. *Id eſt pro mundo, inquantum ex diuina ſententia mundus à poteſtate diaboli ereptus eſt in paſsione Chriſti ideò ſubditur.*

Iudicium duplex

12 Nunc princeps huius mundi. *Diabolus enim hic dicitur mundi princeps, non quod ſit dominus ſubſtantiæ mundi, ſed hominum mundi aliter viuentium inquantum ſe ſubiiciunt ei per peccatum dicitur autem eiectus diabolus per paſsionem Chriſti, per quam aperta eſt ianua gloriæ. & ſic diabolus non poteſt impedire ſanctos à conſequutione gloriæ ſicut faciebat ante, tamen permittitur tentare homines ad exercitium & meritum electorum.*

13 Et ego ſi exaltatus, &c. *Scilicet in cruce, vbi exaltatus eſt, moriens in aëre debellando aëreas poteſtates. Dicitur etiã in cruce exaltatus, quia per hoc meruit glorificationem & exaltationem ſui corporis & ſubiecta eſt ſibi multitudo gentium per fidem, vt habetur Phil.2.b.* Propter quod & Deus exal. il. &c. *ſequitur.* Et omnis lingua cõfiteatur quia dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.

14 Omnia tra. ad me. *Ex amore enim in cruce oſtenſo ad genus humanum habet vim attractiuam omnium mentium.*

15 Hoc autem di. &c. *Iſta ſunt verba euangeliſtæ interpretantis quid Chriſtus intelligeret per illã exaltationẽ, ſcilicet ſuã crucifixionẽ.*

16 Reſpondit. *Hic ponitur Iudæorum contradictio arguentium ex eius morte audita, quod ipſe non eſſet Chriſtus dicentium.*

17 Nos au. ex le. quia Chriſtus, &c. *Nomine legis Iudæi aliquãdo accipiunt totum vetus Teſta. & non ſolùm quinque libros Moyſi, qui appropriatè dicuntur lex, in prophetis autem fit mentio de æternitate Chriſti vt patet Iſa.9.b. Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius Deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis multiplicabitur imperium & pacis non erit finis ſimiliter Dan.6.g.* Poteſtas eius poteſtas æterna, &c. *& Micheæ.5.a* Et tu Bethleẽ Ephrata, &c. *ſequitur.* Ex te mihi egredietur, qui ſit dominatur in Iſrael *& egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis talis autem permanentia videtur contrariari morti ideò arguunt.*

18 Et quo. tu. di. &c. exal. *Id eſt, mori in cruce quaſi dicat. Si tu loqueris de teipſo, ſequitur quod tu non ſis Chriſtus qui manet in æternũ Si autẽ loqueris de alio, dic nobis quis eſt iſte filius hominis licet autem*

✠ Chriſtus

## MORALITER.

✠ 13 *Et ego ſi exalta. fu. à ter. omnia tra. ad mei.* Nam amore quo pro nobis paſſus eſt trahit nos ad ipſum, ſicut magnes lapides attrahit ad ſe ferrũ, & ſic omnia trahit ad ſe nam homo dicitur omnis creatura, Mar.vl.d. Predicate euangelium omni creaturæ id eſt, omni homini, ſicut fuit expoſitum ibi,

✠ Dixit

memoriter tenebant,quod ſæpe dixerat ſe filium hominis,non A quod hic dixiſſet,ſi exaltatus fuerit filius hominis.Quis eſt iſte filius hominis? Si enim Chriſtus eſt,manet in æternum. Si manet in æternum quomodo exaltabitur à tertia, id eſt, morietur in cruce?

exaltari filium hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? Dixit 1
a ¶ Cum intelligitis quod Chriſtus manet in æternum hæc pars fidei & veri luminis per ſe non ſufficit. ¶Quod ſi ita intelligitis Chriſti æternitatem,vt negetis eius mortem.
a ergo eis Ieſus: Adhuc † modicum lumen in vobis eſt. Ambu- 2
late dum lucem habetis, vt tenebræ vos non comprehen- 3 4
a ¶ Id eſt,qui non credit mortem Chriſti. ¶ Sed vos.
b c dant. Et qui ambulat in tenebris,neſcit quo vadat. Dum lu- 5 6
cem habetis,credite in lucem,vt filij lucis ſitis. Hæc loquu- 7 8
a ¶ Sicut corporaliter ſic & ſpiritualiter.
d tus eſt eis Ieſus, & abiit & abſcondit ſe ab eis. Cum autem 9 10
e † tanta ſigna feciſſet coram eis,non credebant in eum,vt ſer- 11 12
¶ Pro raritate & difficultate. a ¶ Vel quod nos à te audiuimus,vel ipſi nos de te nunciantes audiunt.
mo Iſaiæ* impleretur quem dixit: † Domine quis credidit 13 14
a ¶ Filius per quem omnia fecit. humilibus non ſuperbis Iudæis. b ¶ Per fidem,cum eſſet in carne paucis,ſcilicet, ¶ Quando prædicabat incarnationem Chriſti, prædicebat etiam excæcationem Iudæorum. 15 16
auditui noſtro,& brachiũ domini cui reuelatũ eſt? Propterea 17
a ¶ Deus,deſerendo eos qui cum poſſent videre, noluerunt & cum poſſent cogitare & intelligere,noluerunt. 18
f g nõ poterant credere,quia iterũ dixit Iſaias. † Excæcauit ocu- 19 20
los eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, 21

a *Ambulate.* Id eſt, totum intelligite, & moriturum Chriſtũ vt redimat victurum in æternum in cœlo quo perducat. Vel dũ Chriſtum vobiſcum habetis,ne tenebræ ignorantiæ & mortis perpetuę vos comprehendant.

† Modico tempore

1.Pet.2.b. b *Neſcit quo vadat.* B Qui nõ credit mortem Chriſti, neſcit quo vadit,ſed offendit in petram ſcandali, quod eſt Chriſtus Iudæis contemnentibus & irridentibus mortuum.

† Tot

* Prophe.

c *Dum lucem habe.* Id eſt, dum aliquid veri intelligitis de æternitate Chriſti, credit in veritatem addendo de humilitate, vt renaſcamini in veritate.

d *Ab eis.* Non ab his qui credere inceperant,ſed ab his qui inuidebant. Quod abſcondit ſe noſtræ infirmitati conſuluit,non C ſuæ poteſtati derogauit.

THEOPH. Quare occultatus eſt ab eis,nõ enim nũc lapides tulerunt contra eum,neq; blaſphemauerunt ſicut prius igitur quare occultatus eſt? Ingrediens corda eorum videbat indignationem cordium ferociam,quamuis nihil loquerentur. Itaque abſcondit ſe mitigans illorum inuidiã. Nam quod inuadeent,& voluntaria malitia non crediderunt inſinuat Euangeliſta. D

e . *Vt ſermo Iſaiæ impleretur.* Quem omnibus modis impleri neceſſe eſt, non tamen neceſſitate faciendum,ſed voluntate præſciuit enim Deus & prædixit, non crediturros & peccaturos, non tamen coëgit ad hoc, ſed vt fit ſic preſciuit & prædixit.

f *Non po.* AVGVS. Non quod non poſſunt homines mutari in melius,ſed quãdiu tales non poſſunt credere. E

† Iſa.53.a.

g *Excæcauit.* Quia prædixit Iſaias in ſpiritu præſcientis omnia excæcationẽ Iudæorum, non poterant credere, non quod neceſſitate non poſſent,& ita nulla culpa eſſet eis ſed quia nolebãt,quã voluntatem eorum præſciuit Deus & prædixit. Sed alia cauſa huius redditur,ſcilicet,excęcatio Dei,ſed etiam hanc excęcationem meruit voluntas eorum tumida, qui ſuam volentes conſtituere iuſtitiam,iuſticię Dei non ſubiecti quòd dicitur non poſſe credere. Ita eſt culpa volũtatis humanæ ſicut quòd dicitur Deus non F poſſe ſe negare,laus eſt voluntatis diuinæ.

† Eſa.6.c. Matt.13.b. Mar.4.b. Luc.8.b. Rom.11.b.

Rom.10.a.

Gloriam

## NICOLAVS DE LYRA.

*Chriſtus non vocauerit ſe in iſto loco filiũ hominis,tamen cõmuniter ſic ſe vocabat,& ideo Iudæi repetendo verba eius hoc addiderunt. Si autẽ quæratur qualiter Iudæi intellexerunt, quod Chriſtus ſuam futuram crucifixionem vocaret exaltationem. Dicendum quod prouerbium erat apud Iudæos, quod crucifixio vocabatur exaltatio, & adhuc homines tali modo loquendi vtuntur ſicut cum aliquis imprecatur alteri ſuſpenſionẽ, dicit ei,tu ſis in altum eleuatus.*

1 Dixit ergo eis Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio in qua commendat eos de aliquali cognitione Chriſti per ſcripturas, quantum ad eius æternitatem,ſed oſtendit eam imperfectam,dicens.*

2 Adhuc mo.lu.&c. *Quia non intelligebãt mortem Chriſti & paſſionem in humanitate ſtare ſimilis cum deitatis æternitate, & tamen vtrumque ponit ſcriptura de Chriſto de æternitate iam dictum eſt: De eius paſſione ſcribitur Eſa.53.b.* Tanquam ouis ad occiſionem ducetur,&c. *Et ſecundum antiquos doctores Hebræorum totum illud ca. de Chriſto ad literam intelligitur ab illo loco qui ponitur cap. præce. Ecce intelliget ſer.meus,&c. ſimiliter Dan.9.g. expreſsè prædicitur paſſio Chriſti. Et poſt hebdomadas 72. occidetur Chriſtus,& ideò monet eos ad quærendum perfectam cognitionem de Chriſto dicens.*

3 Ambulate. *Id eſt,in cognitione proficite.*

4 Dum lu.ha. *Id eſt,me præſentialiter,qui ſum lux illuminans per veritatem doctrinæ & lumen gratiæ.*

5 Vt te.vos non com. *Scilicet,ignorantiæ & culpæ.*

6 Et qui am.in tene. *Scilicet,prædictis.*

7 Neſcit quo va. *Quia declinauit à rectitudine viæ.*

8 Dum lu.ha.cre. in lu. *Id eſt,meipſum.*

9 Vt filij lu.ſitis. *Per imitationem & gratiæ adoptionem.*

10 Hæc lo.eſt eis Ie.& abiit. *Quia nõ recipiebant eius doctrinam.*

11 Et abſcon.ſe ab eis. *Eodem modo & eiſdem cauſis ſicut dictum eſt c.8.& 10. Sed non videtur verum quia ſupra ſe abſcondit, eò quod vellent occidere eum,hic autem non dicitur hoc. Dicendum quod ipſe videbat cogitationes eorum ad hoc tendentes, licet adhuc non prorupiſſent in opere,& ideo voluit eos præuenire ſe abſcondendo quia nondum venerat hora paſſionis ſuæ.*

12 Cum autem. *Hic ponitur Iudæorum infidelitas & obſtinatio. Et diuiditur in duas,quia primò prædicta obſtinatio oſtenditur, ſecundo à Chriſto arguitur,ibi:* Ieſus autem clamauit. *Prima in duas, quia primò oſtenditur obſtinatio non credentium, ſecundo defectus Iudæorum Chriſto credentium,ibi:* Verũtamen ex principibus. *Dicit igitur in prima parte ſic euangeliſta:* Cum autem tanta ſi.&c. *In miraculis,in doctrina,& in reuelatione ſecretorum cordis,& futurorum contingentium, per quæ declarata erat eius diuinitas.* Diuiſio

Eſa.53.a.

13 Non cre.in eum. *Et in hoc impletæ ſunt prophetarum ſcripturæ, eorum obſtinationem prædicentium,& hoc eſt quod dicitur.*

14 Vt ſermo Iſa.pro.imple. *Ly. vt non tenetur hic cauſaliter ſed conſequutiuè tantum quia ex Iudæorum obſtinatione, impletio ſequuta eſt Iſaiæ proph.dicens.*

15 Domine quis,&c. *Q.d. pauci valdè,quia pauci de Iudæis crediderunt comparatiuè. Et bene dicit auditui noſtro, quia prophetæ non cognouerunt myſterium Chriſti per viſum rei in ſe,quia adhuc erat futurum. Nec viderunt illud in diuina eſſentia ſed tantum cognouerũt per reuelationem. Et talis reuelatio ex parte Dei reuelantis vocatur loquutio,ex parte prophetæ intelligentis vocatur auditio.*

16 Et brachi.domi.cui reue.eſt? *Id eſt,filius Dei naturalis,qui eſt virtus operatiua patris qui inquantum Deus omnia fecit per verbum Et ſi ita eſſet in hominibus, quod per verbum ſuum facerent quidquid vellent,verbum hominis brachium eius diceretur. Inducit etiam ab Euangeliſta aliam ſcripturam Iſaiæ di.*

17 Propterea non po.cre. *Hæc impoſſibilitas non eſt abſoluta,ſed tantum ex ſuppoſitione ſcilicet, ſuppoſito, quod haberent voluntatem obſtinatam in malo,ſicut de aliquo dicitur: Iſte non poteſt illum diligere,quando habet voluntatem fixam in odio eius.*

18 Quia iterùm dicit Iſa. *Cap.6.c. licet verba ſint aliquantulum mutata.*

19 Excæ.ocul.eorum. *Subtrahendo lumen gratiæ propter eorum malitiam,quia auertebant ſe ab hac luce.*

20 Et indu.cor eorum. *Quia ſubtractionem diuinæ gratiæ,quæ cor mollificat per deuotionem ſequitur cordis induratio per cordis obſtinationem.*

21 Vt non vi.oculis. *Scilicet,mentalibus.*

Et non

## MORALITER.

† 1 *Dixit ergo eis Ieſus adhuc mo.lumen,&c.* MORAL. Attritus de peccatis de peccatis modicum lumen habet, propter quod vſque ad contritionem perfectam debet procedere,ne comprehendant eum tenebræ per recidiuum mortalis culpæ.

† Dilexerunt

A a *Gloriam Dei.* Ideo crux in fronte credentium vbi eſt ſedes verecundiæ, figitur, vt de nomine Chriſti nullus erubeſcat,& magis gloriam Dei quam hominum quærat.

b *Ieſus.* Aliis non credentibus, aliis verò credentibus, vel palam cum palmis & laudibus, vel in occulto iam appropinquãte ſua paſſione, clamat Ieſus qui latebat quandiu paſſio non erat completa.

c *Qui cred. in me.* Quia homo apparebat,& Deus in homine latebat, ne putarent eum hoc tantũ eſſe quod videbant, vult ſe credi talem & tantũ, qualis & quantus pater eſt. Et hoc B eſt: *Non cre. in me.* Id eſt, in hoc quod videt. *Sed in eum qui me miſit.* quem neceſſe eſt credi patrem, & ſi pater eſt, habet filium, qui ergo credit in patrem, credit in filium æqualẽ ei, & hic talis verè credit, non qui † credit me hominem filium Dei per gratiam, nõ per naturam. Et ideo ne quis intelligeret patrem tanquã multorum filiorum, patrem per gratiam, nõ C vnici verbi æqualis ſibi ſubdit.

d *Et qui me vi. vi.& eum qui.* Vſque adeò nihil diſtat inter me & eum, vt qui videt me videat eum. Hæc viſio non carnalis, ſed intellectualis eſt mundo corde. *Qui vi. me.* Non ait non videt me, ſed eum qui me miſit, ſicut dixit, qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me, quia illud dixit, ne ſicut videbatur crederetur tantum filius hominis hoc D autem dixit, vt crederetur æqualis patri. Neutrum horum diceret alius miſſus, id eſt, Apoſtolus quia tantum ſeruus. Poteſt autem dicere alia filio communia, vt qui audit vel recipit me audit eum & recipit qui me miſit quia dominus honoratur in ſeruo & pater in filio.

† Sup. 8. b.

† crediderit

a ¶ Vel vt aliquando ſic confuſi, conuertantur & ſanent eos. b ¶ Vt non.
&non intelligant corde,& conuertantur, et ſanem eos. Hæc 1
a ¶ De excæcatione Iudæorum. b ¶ Non ſicut eſt, ſed aliqua ſpecie, vt ſolet fieri in viſione Moyſi & aliorum. c ¶ Chriſti. 2
dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius,& loquutus eſt de eo.
¶ Etſi alij non crederent.
Verumtamen multi ex principibus crediderunt in eum, ſed 3
a ¶ Ergo hoc credere fuit eis quaſi non credere. 4
propter Phariſæos non confitebantur, vt de ſynagoga non 5
a ¶ Hos credentes improbat. b ¶ In mundatis.
eiicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominũ magis quàm 6
¶ Quæ eſt in cruce. a ¶ Veraci & ſpirituali intellectu. 7
a gloriam Dei. Ieſus autem clamauit,& dixit: Qui credit in me, 8
b a ¶ Secundum quod videt exterius. b ¶ Solum, ſed etiam in patrem. 9
c ¶ Scilicet, patrem. ¶ Spirituali viſione.
d non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Et qui videt me, 10
¶ Quis enim es tu. a ¶ Quod non in alia lumina. 11
e videt eum qui miſit me. † Ego lux in mundum veni, vt omnis
a ¶ In quibus inuentus eſt, ſi modo fide, poſtea vera viſione illuſtretur. ¶ Exterius. 12
qui credit in me, in tenebris non maneat. Et ſi quis audierit 13
a ¶ Interius. b ¶ Cui pater dedit omne iudicium. c ¶ Modo.
d ¶ Cur non modo? ¶ Quia primus aduentus non iudicij ſed miſericordiæ eſt.
verba mea, & non † cuſtodierit, ego non iudico eum. Non 14
¶ De iudicio vero nouiſſimo ſubdit. 15
enim veni vt iudicem mundum, ſed vt ſaluificem mundum. 16
¶ Non credit me eſſe Deum. a ¶ Quiſnam ille? 17
Qui ſpernit me,& non accipit verba mea, habet qui iudicet 18
a ¶ Id eſt, ego. b ¶ Extra hominibus. 19
f eum. Sermo quem loquutus ſum, ille iudicabit eum in no- 20
a ¶ Ideò iudicabit, quia ego filius ex patre. ¶ Non loquitur ex ſe, quia non eſt ex ſe.
uiſſimo die: Quia ego ex meipſo non ſum loquutus, 21

✠ THEOPHYLACTVS. Non dixit qui credit mihi, ſed qui credit in me, quod fidẽ in Deum, ſignificat. Aliud eſt enim credere cuipiã, & aliud credere in quemquam, nam is qui credit alicui poteſt intelligi quod credat ei vt verè dicenti, qui autem credit in quẽpiam, omninò E vt in Deum credit, ideò rectè quis crediderit Apoſtolis at non item in apoſtolos, ea propter dominus non dixit qui credit mihi, hoc enim Paulus fortaſsè & Petrus poterat dicere, qui credit mihi ſed vt Hebræis quod non crediderint niſi opprobratur.

e *Ego lux.* De alio nõ dicitur. Lux venit F in mundũ, niſi de eo qui illuminat, cæteri vt illuminati ſunt lux quia vita eorum lucet hominibus,

f *Sermo quem loquutus ſum.* Manifeſtè dicit ſe iudicaturum in nouiſſimo die, quia ipſe eſt ſermo patris qui ſeipſum locutus eſt ſeipſum annunciauit.

*Mandatum*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et non &c. & ſa. eos. *Quia iſta non poſſent fieri niſi gratia Dei præueniente.*

2 Hæc dixit Iſa. quando vi. glo. eius. *Hoc addit euangeliſta, quia Iſa. 6. a. præmittitur verbis prædictis de calcatione Chriſti & gloria, cum dicitur:* Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum,&c.

3 Verumtamen. *Hic oſtenditur defectus Iudæorum Chriſto credentium qui imperfecti erant in fide, quia non ſolùm requiritur credulitas cordis ſed etiam confeſsio oris, ſecundùm quod dicitur Rom. 10. b. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem, ipſi autem licet in Chriſto crederent, tamen confiteri non audebant,& hoc eſt quod dicitur:* Verumtamen ex prin. *Id eſt, ex legiſperitis & ſacerdotibus.*

4 Multi ex prin. cre. in eum. *Propter miracula & propter impletionem ſcripturarum.*

5 Sed propter pha. &c. vt de ſy. non e. *Quia conſpirauerunt, quod confitentes ipſum eſſe Chriſtum excommunicarentur, & de ſocietate Iudæorum expellerentur quod erat apud eos ignominioſum vt ſuprà dictum eſt c. 9. Verumtamen omnes tales pœnæ ſi pro iuſticia ſuſtineantur ſunt meritoriæ. Cauſa verò quare hoc meritum fugerunt erat ſuperbia, ideò ſubditur.*

6 Dilexerunt enim gloriam hom. *Id eſt, honorem mundanum.*

7 Ma. quam glo. Dei. *Id eſt, meritum pro quo gloria Dei redditur.*

8 Ieſus autem. *Hic conſequenter eorum infidelitas arguitur à Chriſto,& diuiditur in tres, quia primò inducit eos ad credendum, ſecundo oſtendit fidei fructum, ibi:* Et lux. *tertio incredulitatis ſupplicium, ibi:* Et ſi quis au. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Ieſus autem cla. *Ad denotandum magnitudinem dicendorum & ſui affectus ad ſalutem hominum.*

9 Et dixit: qui cre. in me, non cre. in me. *Scilicet, ſolùm aliter eſſet contradictio, ideo ſequitur.*

10 Sed in eum qui mi. me. *Quia vna eſt fides patris & filij,& vna viſio quæ ſuccedit fidei, ideo ſequitur.*

11 Et qui vi. me. *Pater enim & filius ſunt vnum in ſubſtantia, diſtinguuntur autem in proprietate relatiua. Hæc autem eſt natura relatiuorum, quia cognito vno cognoſcitur & reliquum, cum ſint ſimul natura in intellectu.*

12 Ego lux. *Hic ponitur fidei fructus, cùm dicitur:* Ego lux ve. in mun. vt omnis qui cre. in me, in te. non ma. *ſ. ignorantiæ, culpæ & gehẽnæ, hic eſt fructus glorioſus talia euadere,& bona cõtraria obtinere.*

13 Et ſi quis au. *Hic deſcribitur pœna incredulorum cum dicitur:* Et ſi quis au. ver. me. *Aure corporis, ſed non cordis.*

14 Et non cuſtodierit. *Manens in infidelitate.*

15 Ego non iu. eum. *Scilicet, in iſto primo meo aduentu, cuius cauſa ſubditur.* 16 Non enim ve. vt iu. mun. *In aduentu primo.*

17 Sed vt ſal. mun. *Suſtinendo iudicium condemnationis & mortẽ.*

18 Qui ſpernit me,& non ac. ver. mea. *Per fidem.*

19 Habet qui iudi. eum. *Et oſtendit quis ſit iſte iudex. q. d.*

20 Sermo quem lo. *Sicut enim lex ciuilis dicitur iudicare latronẽ inquantum oſtendit eum dignum iudicio & condemnatione, ſic facta Chriſti,& eius doctrina iudicabunt infideles, quia oſtendent eos dignos condemnatione, ſed quia ipſemet Chriſtus iudicabit effectiuè in aduentu ſecundo, ideo ſequitur.*

21 Quia ego ex meip. *Propter hoc enim ſermo Chriſti oſtendet infideles condemnabiles, quia procedit ex infallibili veritate, ſcilicet, à Deo patre, ideo ſubditur.*

Ipſe

## MORALITER.

6 *Dilexerunt enim glo. ho. ma. quam glo. Dei.* Iſti hodie multos habent ſequaces ſcilicet, pro mundi gloria ſe & ſua prodigaliter exponentes,& parum aut nihil pro promerenda Dei gloria facientes: *Ieſus autem clamauit.* Sequitur.

11 *Ego*

12 *Ego lux in mundum veni.* Propter quod accedens ad eum per fidem & deuotionem ab eo illuminatur ad ſalutem, ab eo verò recedens obtenebratur ad gehennam.

16 *Non enim ve. &c. iudicem mundum.* Id eſt, condemnem, proprium enim delictum condemnat quemlibet peccatorem.

† MORAL.

a *Mandatum.* Non dedit pater filio mandatum per angelum vel aliam creaturam. Nec mandatum quod aliquando neſciſſet. Sed dum verbum & ſapientiam in qua ſunt omnia mandata genuit dedit, ſicut filio qui eſt vita eo dedit vitam quo genuit vitam, quia gignendo vitam, dedit eſſe vitam, quæ ſine vitio fuit.

b *Et ſcio.* Cum dicat mandatum eſſe vitam æternam, & ipſe ſit vita æterna apertè dicit ſe mandatum Dei.

c *Quæ ergo ego loquor ſicut dixit mihi pater, ſic loquor.* Intelligentibus mentibus, vt eſt nata veritas ex patre, ſed ſic loquitur veritas intus ſine ſono ſicut dixit ei pater vt crederent homines quod nondum poſſunt intelligere, ex ore carnis verba ſonuerũt, quæ prolata & literis ſignata, nos ad ipſam veritatem aliquatenus erigunt.

¶ Ad hoc vt loquerer. ¶ Intra. ¶ Extra.

a ſed qui miſit me pater, ipſe mihi mandatum dedit quid di- 1
b cam, & quid loquar. Et ſcio, quia mandatum eius vita æterna 2
c eſt. Q̃uæ ergo ego loquor, ſicut dixit mihi pater, ſic loquor. 3

a ¶ Id eſt qui meipſum verbum annuncio. b ¶ Id eſt, ſicut verax me veritatem genuit, ſic veritas me veritatem annuncio.

☞ Cap.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Ipſe mihi mandatum dedit quid di. *Quia Chriſtus inquantum homo minor eſt patre & ſic accepit ab eo mandatum in cuius executione non poteſt deficere à regula voluntatis diuinæ quia humanitas Chriſti tanquam inſtrumentum diuinitatis coniunctum in nullo mouetur niſi ſecundùm ipſius motum.*

2 Et ſcio quia mandatum eius vita æterna eſt: *Scilicet virtualiter, inquantum obſeruatio mandatorum Dei deducit ad vitam æternam, ſecundùm illud Mat. 19. c. Si vis ad vitam ingredi, ſeruaman.*

3 Quæ ergo ego. *Hoc concludit ad oſtendendum quod humanitas ſua nõ poterit obliquari à regula diuinæ veritatis, vt patet per prædicta.*

Quæſtio

*Occaſione cuiuſdam dicti in hoc ca. quæritur, vtrum principes Iudæorum credentes in Chriſtum ante eius paſſionem peccarent mortaliter non confitendo ſuam fidẽ. Et arguitur primò quod nõ quia omittere illud quod vertitur in ſcandalum & turbationẽ aliorum, non eſt peccatum mortale ſed magis videtur meritorium, quia dicit apoſtolus. 1. Cor. 10. g.* Sine offenſione eſtote Iudæis & gen. *Confeſſio autem ſuæ fidei fuiſſet in ſcandalum ſeu turbationem aliorum ergo, &c. Item aliqui de iſtis fuerunt valde boni & iuſti, vt Nicodemus & Ioſeph ab Arimathia qui erant diſcipuli Chriſti occulti, & ideò non eſt veriſimile, quod tacuiſſent à ſuæ fidei confeſſione, ſi fuiſſet hoc peccatum mortale. Contrarium arguitur per illud quod dicitur Roman. 10. b.* Corde enim creditur ad iuſticiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. *Et ſic videtur quod confeſſio fidei ſit neceſſaria ad ſalutem ſicut & ipſa fides & per conſequens eius omiſſio peccatum mortale eſt. Reſponſio.*

Peccatum mortale.

*Auguſt. diffiniens peccatum mortale dicit quod peccatum tranſgreſſio eſt legis diuinæ & cœleſtium inobedientia mandatorum & ideò omiſſio confeſſionis fidei non eſt peccatum mortale, niſi in caſu in quo confeſſio ei oppoſita cadit ſub præcepto diuino ipſa autem confeſſio cum ſit actus virtutis, non cadit niſi ſub præcepto affirmatiuo præceptum autem affirmatiuum licet non obliget ad ſemper obligat tamẽ pro tempore & loco, videlicet quãdo omiſſio actus qui cadit ſub præcepto, eſt contra charitatem Dei vel proximi: & hoc modo omiſſio confeſſionis fidei contra charitatem Dei eſt quando per hoc ſubtrahitur honor Deo debitus, vtpote quando per hoc creditur quod talis fides non ſit vera. Etiam contra charitatem proximi, quando per hoc proximi ſalus impeditur & hoc eſt quando per hoc quod aliquis maioris ſtatus, fidem ſuam non confitetur. Alij ſimpliciores à fide vel fidei confeſſione tempore debito auertuntur propter vtrunque iſtorum principes Iudæorum de quibus quæritur mortaliter peccabant, primò cum eſſent legiſperiti & ſacerdotes in ſcripturis exercitati, vt ſupra dictum eſt, per hoc quod ex timore fidem ſuam de Chriſto non confitebantur, fides illa ab aliis non vera, ſed falſa reputabatur per hoc etiã alij inferiores dictis & factis ſacerdotum inhærẽtes à fide Chriſti auertebantur, & ſic patet quod omiſſio confeſſionis fidei in ipſis erat contra charitatem Dei & proximi. Itẽ alia ratione peccabant quia tenebãtur ex officio docere populum de his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, cuiuſmodi erat fides Chriſti & ideò taciturnitas illa non poteſt à peccato excuſari. Et hoc innuit euangeliſta reddens cauſam taciturnitatis ipſorum di. Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. Ad primum dicendum, quod confeſſio fidei quando eſt ad turbationem hominum & ad nullam vtilitatem, eſt omittenda, ſecundùm quod dicit dominus Ma. 7. a. Nolite ſanctum dare canibus, &c. Sed ſi ex confeſſione fidei ſperatur aliqua vtilitas, aut etiam aſſit neceſſitas, ſcandalum infideliũ eſt contemnendum ſicut dicit dominus Mat. 15. b. de ſcandalo Phariſæorum. Sinite illos ſcilicet turbari, quia cæci ſunt & duces cæcorum. Ad ſecundùm dicendum, quod etiam apoſtoli ante confirmationem ſpiritusſancti mortaliter peccauerunt, vt patet de negatione Petri & ideò non eſt mirum, ſi alij inferiores quantumcunque iuſti ſimiliter peccauerunt quia non erant confirmati.*

NICOL.

## ADDITIO I.

In cap. 12. *Vbi dicitur in poſtilla.* Sciendum etiam, quod iſta portatio pecuniæ in via non pertinet ad perfectionem.

*Non repugnat perfectioni habere ſeu portare pecuniam, licet conſilium domini de dimiſſione bonorum temporalium ſit vtile ad vitam, æternam facilius conſequendam. Cuius ratio eſt. Nam ſecundùm Tho. ſecunda ſecundæ. q. 185. ar. 6. in reſponſione ad primum argu. Perfectio Chriſtianæ vitæ non conſiſtit eſſentialiter in paupertate voluntaria, ſed voluntaria paupertas operatur inſtrumentaliter ad perfectionem vitæ. Vnde non oportet, quod vbi eſt maior paupertas, ſit ibi maior perfectio, quinimo poteſt eſſe ſumma perfectio cum magna opulentia. Nam Abraham cui dictum eſt Gene. 17. a.* Ambula coram me, & eſto perfectus *legitur quamplurimum diues fuiſſe. Si autem ex hoc arguatur inutile eſſe conſilium domini de paupertate, cum Abraham diuitias poſſidens fuit perfectus. Ad hoc dicendum ſecundùm Tho. in tract. de perfectione vitæ ſpiritualis, quod idcirco conſilium paupertatis datur quia pauperes liberiores ſunt à ſolicitudine diuitiarum, & ſecuriores ab illis vitiis quæ in acquirendis pecuniis quãdoque contingunt quæ ſunt impedimenta perfectionis. Ex quo ſequitur, quod magna fuit virtus ſeu perfectio Abrahæ & Dauid & ſimilium, qui etiam diuitias poſſidentes à diuitiis liberum animum habuerunt, ſicut magna fuit virtus Samſonis, qui abſque armis cum ſola mandibula aſinæ multos proſtrauit hoſtes, vt Iudic. 15. c. Nec ex hoc ſequeretur inutiliter dare conſilium militi, vt ad bellum procedens arma ſumeret ad hoſtes vincendos vincere enim ſine armis licet ſit poſſibile & valde virtuoſum, eſt tamen de rarò contingentibus ſimiliter eſt de poſſidentibus diuitias reſpectu perfectionis vitæ, vnde Eccle. 31. a. cum dicit:* Beatus eſt di. qui inuen. eſt ſine ma. &c. & infra. Quis eſt hic & lau. eum fe. enim mi. in vita ſua, &c. *Mirabilia enim facit ſeu miranda, non autem impoſſibilia, qui in diuitiis viuens diuitiis affluentibus cor non apponit. Ex quibus ad propoſitum dici poſſet, quod Chriſtus qui paupertatem voluntariam ſæpe commendauit volens docere apoſtolos quod etiam ſine tali paupertate perfectio vitæ poſſet aquiri, idcirco pecuniam in via portabat. Si autem obiiciatur de hoc quod Mat. 10. b. dicitur apoſtolis qui in eccleſia perfectiorem locum tenent.* Nolite poſſidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis veſtris. *Ad hoc dicendum, quod illa verba domini ad literam Aug. in li. de conſen. euang. exponit, vt intelligantur non præcipiendo, ſed magis permittendo, permittit enim eis vt abſque auro & argento & aliis ſumptibus ad prædicandum irent, accepturi vitæ ſumptus ab his quibus prædicabant, vnde ſubdit.* Dignus eſt operarius cibo ſuo. *Ita tamen, quod ſi aliquis propriis ſumptibus prædicatione euangelij vteretur, ad ſupererogationem pertinet ſicut Paulus de ſeipſo, dicit 2. Corint. 11. b. Chryſ. etiam aliter exponit prædicta verba vt intelligantur illa dominum diſcipulis præcepiſſe quantum ad illam miſſionem tantum, quæ mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc excitarentur ad confidendum de virtute ipſius qui eis abſque ſumptibus prouideret, quod conſonat cum hoc quod dicitur Luc. 22. d.* Quando miſi vos ſine ſacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? *Vnde ex prædictis verbis non obligabantur apoſtoli, nec ſucceſſores (qui prout dicit glo. Lu. 10. ſunt epiſcopi) ad non portandam ſeu habendam pecuniam tanquam ad illa quæ repugnant perfectioni, vnde prout dicit ſanctus Tho. vbi, ſupra in reſponſione. 2. arg. Stultum autem videtur dicere, quod tot ſancti pontifices, ſicut Anaſtaſius, Ambro. Aug. illa præcepta tranſgreſſi fuiſſent ſi ad illa ſeruanda ſe crederent obligari. Illud autem ca. Exiit qui ſeminat. &c. per poſtil. allegatum, facit ad prædicta, primò quia pluries, ibi dicit paupertatem eſſe viam perfectionis vel ad perfectionem, & per conſequens non eſt perfectior ſecundò quia hoc quod dicit quod Chriſtus condeſcendens infirmis pecuniam portabat. ſicut & in fuga, &c. intelligendum eſt quod ſi apoſtoli adhuc infirmi vel etiam alij crederent ſummam paupertatem*

Math. 19.

Q

eſſe neceſſariam ad ſalutem, fortè retrocederent ſicut de illo adoleſcente
A legitur Mat.19.c. & ideò talibus condeſcendens apoſtolos docebat exemplo, quod etiam ſine tali paupertate poſſet quis acquirere perfectionem & ſimiliter poſſet dici de fuga.

ADDITIO II.

In eo ca. *Vbi dicitur in poſtilla.* Dicendum quod hoc erat, quia Lazarus erat nobilis homo.

*Miraculum Lazari inter cætera miracula Chriſti maius fuit, & ideo notabilius. Vnde ſupra eo.ca. dicitur quod turba multa venerunt, vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit à mortuis. Quod non ſic legitur de* D
*aliis miraculis.*

REPLI. In ca.12. *Vbi inquirit Poſtil. quare contra Lazarum mouebantur Iudæi, vt cogitarent eum interficere. Reſpondet quia fuit vir nobilis & famoſus, ideo eius reſuſcitatio fuit famoſior & infidelibus plus odioſa. Burg. opponit, quod illud non fuit propter nobilitatem Lazari, ſed propter nobilitatem miraculi, quia fuit maximum miraculum Chriſti. Sed non video quare fuit maius miraculum quam ſuſcitatio filij viduæ & filij archiſynagogi.*

---

CAPVT XIII.

¶ Figuralem.
a Nte diem feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia 1
a ¶ Id eſt ipſe dies Paſchæ quo tranſiret per crucem ecce veritas 2
illius figuræ. ¶ Quo tranſit populus de AEgypto. 3
b venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo 4
a ¶ Pro eis factus homo.
ad patrem cum dilexiſſet ſuos qui erant 5
a ¶ Pro eis moriens. b ¶ Vt eius dilectione ipſi tranſirent de mundo. c ¶ Parata, nondum tranſacta, quia poſtea recubuit, & bucellam inde dedit.
c in mundo, in finem dilexit eos. † Et cœna facta, 6
d 7

† Luc.22.a.

CAPVT XIII.

a *Nte diem fe.&c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Sciebat quidem dominus & ante omnia ſecula horam mortis ſuæ, cum autem illa inſtaret, rem facit magnæ miſericordiæ, & condeſcenſione plenam, miramque erga diſcipulos præ ſe fert dilectionem. Relicturus enim illos vehementiorem charitatem
B oſtendit nam cum dilexiſſet eos, vſque ad finem dilexit eos hoc vult quod nihil cenſerit eorum, quæ facere decet eum qui multum diligit ideò poſtremò pedes diſcipulorum omnium lauat, vt ingerat magnum deſiderium, & magnam eis conſolationem afferat in malis quæ paſſuri erunt, ſi cogitarent quod ſic dilexerit eos, vt & pedes eorum lauerit, quare neque deſpecturus ſit eos in multo grauioribus.

Diem feſtum dicit quintumdecimum diem ſcilicet diem paſſionis quia poſt immolationem agni quæ tunc fiebat in die Iouis faciebãt Iudæi magnum feſtum, quod hic Paſcha vocatur. Paſcha apud Græcos æquiuocum eſt dicitur enim à paſchim, id eſt, à paſſione & à tranſitu, quod Hebræi phaſe dicunt. Dies autẽ.14. poſt æquinoctium vernale in quo immolabatur agnus ad veſperam, propriè paſcha à tranſitu dicebatur dies verò ſolennitatis ſequentes, quorum primus & vltimus maiori
C cultu habebãtur, dies azymorum propriè vocabantur. Vocatur tamen & dies immolationis azyma, & quintadecima paſcha

Paſcha.

In hac ſignificatione dicit Ioan. *Ante diem fe.* vocando diem ſolennem paſcha. Græci verò diem quæ immolatur agnus, dicunt ſolummodo vocari paſcha & illa die dicunt Chriſtum crucifixum fuiſſe ad meridiem. Et dicunt eum anticipaſſe vnũ diem ante, vt cum diſcipulis agnum comederet & ad hoc confirmandum hæc verba ſequẽtia conducunt, id eſt, noluerunt intrare in prætorium, ſcilicet Pilati domum, ne contaminarentur, vt comederent paſcha intelligentes paſcha eſum agni tantum. Nec erubeſcunt dicere alios euangeliſtas mentitos, qui dicunt dominũ cõmuniter cum aliis carnes agni comediſſe. Hunc Ioãnem verò illos correxiſſe dicunt. Sed errant, quia cum omnes eodem ſpiritu loquutos fuiſſe cõſtet, ſi in vno mentirentur, in aliis eis non crederetur. E

b *Vt tranſeat.* Interpretatur nobis euangeliſta nomen paſchæ id eſt, tranſitus & ſignificationem, quia ſicut illi de Ægypto, ſic Chriſtus de mundo. Sic & nos ſanguine agni inſigniti, de vitiis ad virtutes, de mundo ad cœlum.

c *In fi.di.* In finem, id eſt, in Chrũiſt, qui eſt finis conſummans, id eſt vt eius dilectione tranſeant quo ipſe trãſit. Vel in finẽ, id eſt, in mortem, non quod morte terminetur eius dilectio, ſed in tantum dilexit quod vſque ad mortem dilectio eum perduxit, in quo exemplum dedit vt omnes in Dei veritate permaneant vſque in finem. F

d *Et cœna fa.* Cœna ſignificat paſſionẽ. Sicut enim poſt cœnã non fit

Iudeæ Simonis Iſcariotę vt eũ traderet.

---

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XIII.

1 ANtediem fe. *In parte præcedenti euangeliſta deſcripſit occaſionẽ mortis Chriſti hic incipit deſcribere mortem eius. Et diuiditur in duas, quia primò deſcribit, qualiter Chriſtus imminente morte ſua animos diſcipulorũ confortauit ſecũdò mortem Chriſti deſcribit ca.18. ibi:* Hæc cum di.Ie. *Prima in tres, quia Primò oſtenditur qualiter Chriſtus confortauit diſcipulos exemplis ſecundò verbis ca.ſe. Et ait diſci.ſuis.* Non contu.cor ve. *tertiò orationum ſuffragiis: ca.17.* Hæc locutus. *Prima in duas, quia primò ponitur imitabile Chriſti exemplum ſecundò defectus diſcipulorum ad imitandum, ib:* Hæc cum di.Ie. *Prima in tres, quia primò factũ deſcribitur, ſecundò, eius vtilitas oſtenditur, ibi:* Venit ergo ad Si. *tertiò, facti imitatio diſcipulis in dicitur, ibi:* Poſtquam ergo. *Prima in duas quia primò præmittitur affectus Chriſti ad diſcipulos ſecundò per factum inſtruit ipſos, ibi:* Et cœna facta. *Circa primum ſciendum quod affectus Chriſti ad diſcipulos præmittitur, vt eius factum magis gratũ oſtendatur, & diſcipuli eius libentius imitentur. Dicit ergo ſic.* Ante di.fe. *ſcilicet 14. luna in cuius veſpera immolabatur agnus & incipiebat ſolennitas paſchalis, quæ celebrabatur luna 15. & ſecundùm hunc modũ in eccleſia ſolennitates incipiunt à veſpera precedẽtis diei.*

Diuiſio.

2 Sciens Ieſus. *Ex quo patet quod non ignorans, nec inuoluntarius venit ad paßionem, ſed voluntariè obediens Deo patri.*

3 Quia venit hora eius. *Non fatalis, ſed à Deo patre determinata & hoc conuenienter, vt immolatio agni qui tollit peccata mundi immediatè poſt immolationem agni figuralis ſequeretur, & ſic veritas figuræ reſponderet.*

4 Vt tranſ.ex hoc mun.ad pa. *Dicebatur enim Paſcha Iudæorum tranſitus eo quod tũc angelus trãſiit per AEgyptum interficiens primogenita AEgyptiorum, & filios Iſrael ſeruans & ſimiliter Paſcha Chriſtianorum dicitur tranſitus inquantum filius Dei per mortem tranſiit ad patrem non per loci mutationem, ſed ſicut dicitur à patre veniſſe aſſumendo noſtram naturam mortalem ita dicitur ad patrem rediiſſe faciendo ipſam conſortem paternæ gloriæ per immortalitatem in ſua reſurrectione.* Io.1.d.

5 Cum dile.ſu. *In quo oſtenditur eius dilectio gratuita, quia prior dilexit ſuos oſtenditur diſcreta quia iſta dilectio ſpecialis non fuit ad omnes, ſed ad ſibi familiares cuiuſmodi erant apoſtoli qui erant in mũdo oſtenditur hæc dilectio neceſſaria, quia apoſtoli remanentes in periculo mundi indigebant conſolatione diuina.*

6 In finem di.eos. *Id eſt in morte ſpecialia ſigna dilectionis oſtendit. Vel aliter.* In finem. *Id eſt, perfectè animam ſuam pro eis ponendo.*

7 Et cœna facta: *Hic deſcribitur imitabile factum, ſcilicet lotio pedum diſcipulorum ſuorum, vbi præmittitur tempus & modus huius lotionis, cum dicitur.* Et cœna facta. *Non eſt intelligendum, quod eſſet totaliter completa, quia poſtea dicitur.* Et cum recubuiſſet, *ſed erat facta quantum ad hoc quod comederant agnum Paſchalem & tunc ſurrexit ad lauandum pedes diſcipulorum ſuorum, antequam daret eis ſui corporis*

---

*MORALITER.*

1 *Ante di.* Paſcha, id eſt, tranſitus, & nos feſtum hoc debitè celebramus, cum à vitiis ad virtutes vel à minoribus bonis ad maiora tranſimus.

6 *In fine.di.* Per Ieſum qui ſalus interpretatur, bonus prælatus ſignificatur, finis autẽ vltimus eſt beatitudo vera, quæ conſiſtit in clara Dei viſione & fruitione perfecta licet autem omnis homo debeat ad hunc finem proximũ diligere, prælatus tamen qui eſt Chriſti vicarius tenetur erga ſuos ſubditos hoc facere.

7 *Et cœna fa.* Id eſt, præparata ſecundùm ſenſum literalem nõ enim erat terminata cum Chriſtus à cœna ſurrexerat ad lauandum pedes diſcipulorum, vt dicitur infrà eodem. Patet ergo quod Iudas cum aliis cœnauit, & corporaliter lotus fuit. Si igitur exemplo Chriſti bonus prælatus ſubditis etiam malis debet exhibere beneficia, vt quantum in ſe eſt, eos à ſua reuocet vita mala.

*Venit*

☞ non fit prandium, ſic & Chriſtus poſtquam ſemel paſſus eſt,
A non iterum patitur. Surgit à cœna, poſt paſſionem ponit veſtimenta, ſecundum priorem infirmitatem lintheo præcinxit ſe, eadem carne iam immortali, aquam in peluim, id eſt, gratiam baptiſmi lauat pedes & tergit à peccatis in baptiſmo, accepit veſtimenta, id eſt. Iudæos in fine ſeculi, quos prius excæcatos depoſuit.

✠ THEOPHYLACTVS. Non fruſtra apponit. *Cœna autem facta.* Sed vt oſtendatur inhumanitas Iudæ quem neque menſæ communio placauerat. (†Matt. 11. d. Luc. 10. d.)
B Proinde Ieſus ſciens quod pater omnia ei tradidiſſet in manus, hoc eſt quod concredidiſſet ei ſalutẽ fidelium, & debens nunc omnia quæ ad ſalutem eorum pertineãt mõſtrare eis, ſicut & lauare pedes diſcipulorum, humilitatis enim lex hoc loco proponitur.
C a *Cum diabolus iam miſiſſet, &c.* ✠ GREGOR. Reprobi corda ſua non habent, quia ea diabolus poſſidet, vnde & de proditore dicitur. *Cum diabolus miſiſſet in cor, &c.* Si enim Iudas cor ſuum & non diabolus poſſideret, ipſe potius in eo bonum quam diabolus malum poneret, quo contra electus (In 2. Reg. cap. 1.) electus vir loquatur dicens: *Animam meam porto in manibus meis.* Quid enim aliud manus electi eſt, quam poteſtas internæ libertatis? Quid ergo eis eſt animam in manibus portare, niſi internè libertatis gloriam in poteſtate retinere? Quotieſcunque ergo grauiter delinquimus, cor noſtrum nos non habemus. (D) (1. Ioan 3.)

a ¶ Suggeſtione. b ¶ Iudæ. ¶ Hoc conſentientis iniquitas eſt. ¶ Non credens eſſe Deum.
a cùm diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Si- 1
a ¶ In vſum mala, in effectum bona. ¶ Etiam traditorem quo vtitur vt vult, & de malo bonum facit.
monis Scariothis, ſciens quia † omnia dedit ei pater in ma- 2
a ¶ Sciens, non eum deſerens. ¶ Non nos relinquens. b ¶ Significat quod de cœleſtibus, deſcendit, & quod ſeipſum exinaniuit & quod formam ſerui induit.
b nus, et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, & 3
a ¶ Carnem mundam. ¶ Humilitate. 4
c ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet lintheum, præcinxit 5
¶ Veſtigia euangeliſtarum firmat & purgat. 6
d ſe, deinde miſit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes di- 7
¶ Quia tota eius paſſio noſtra eſt purgatio. ¶ Corporis. a ¶ Non poſt alios, ſed prius ad principem apoſtolorum ideo expaueſcit quod Deus lauet pedes homini. 8
ſcipulorum, & extergere lintheo quo erat præcinctus. Venit 9
¶ Deus. ¶ Seruo. 10
e ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mi- 11
¶ Myſterium huius rei.
f hi lauas pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod ego facio 12
tu neſcis modo, ſciẽs autem poſtea. Dicit ei Petrus: Nõ laua- 13
¶ Id eſt nunquam. ¶ Terrens de periculo ſalutis. a ¶ Te dicit pro ſolis pedibus. 14
bis mihi pedes in æternũ. Reſpondit ei Ieſus: Si nõ lauero te, 15

b *Surgit à cœna.* Ab illa cœleſti refectione, qua cum angelis reficiebatur, deponit veſtimenta, gloriam æternæ beatitudinis.
c *Et ponit veſtimen.* Prætermiſit altitudinem, ſuppoſiturus eius humilitatem, vt perfectè commendetur humilitas homini cum tam altus ſit ſe humiliauerit, vt & pedes traditoris lauaret. (E)
d *Deinde mi.* Sanguinem in terram fudit, vt veſtigia credentium mundaret, quæ terrenis peccatis erant ſordida.
e *Dicit ei Petrus, &c.* Pro altitudine promiſſi myſterij nondum permittit fieri nondum poteſt ſuſtinere Deum ad pedes humiliari, pauore perterritus. (F)
f *Reſpondit.* Qui non lauatur per baptiſmum & confeſſionem pœnitentiæ, non habet partem cum Ieſu. (Exod. 12. d.)

☞ Dicit

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *ſui corporis ſacramentum, ad deſignandum quod ſpiritualis mundicia requiritur ad percipiendum ipſum.*

1 Cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis. *Die enim præcedenti eum vendiderat ſuggeſtione diaboli hanc proditionem in cor ipſius mittentis.*

2 Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. *Ex quo patet in Chriſto plenitudo ſcientiæ & poteſtatis.*

3 Et quia à Deo exiuit & ad Deum vadit. *Hoc eſt iam ſupra expoſitum qualiter dicitur filius à Deo exiſſe, & ad Deum redire.*

4 Surgit à cœna. *Quia miniſtrare volebat.*

5 Et ponit veſtimenta ſua. *Id eſt, deponit, vt conuenientiùs hoc miniſterium exhiberet.*

6 Et cum accepiſſet lintheum præcinxit ſe. *Et ſic ad lauandum ſe optimè diſponit, nihil omittens de his quæ ad iſtud officium requiruntur, & ſequitur ſimplex humilitatis miniſterium. cum dicitur.*

7 Deinde miſit aquam in peluim. *Propriis manibus, non per miniſterium aliorum.*

8 Et cœpit lauare pedes diſcipulorum. *Lutoſos, quia diſcalceati incedebant.*

9 Et extergere lintheo quo erat præcinctus. *Vt impleret humilitatis officium.*

10 Venit ergo. *Hic oſtenditur huius facti vtilitas, & oſtenditur hoc ex quadam concertatione Petri & Chriſti, per quod oſtenditur factum eſſe myſticum. dicit ergo:* Venit ergo ad Simonem Petrum. *Secundum Origi. lotis alijs diſcipulis venit vltimò ad Petrum, quia cœpit lauare à minoribus, ex hoc ſumens argumentum, quo dicitur:* Cœpit lauare pedes diſcipulorum. *Et poſtea ſubdit:* Venit ergo ad Simonem. *Per hoc oſtendes. quod alij iam erant loti. Sed non videtur veriſimile, ſi tranſiſſet per omnes alios quia aliquis eorum vel plures recuſaſſent hanc lotionem, ſicut & Petrus. Et ideo alij doctores dicunt, quod primò venit ad Petrũ, propter quod alij diſcipuli audita reprehenſione Petri de hoc quod recuſauerat eiuſmodi lotionem, non fuerunt auſi eam vltrà recuſare. Quod ergo dicit euangeliſta:* Cœpit la. *Et poſtea ſubdit:* Venit er. ad Si. *Non eſt per hoc intelligendum, quod alios lauerit ante ipſum, ſed euangeliſta prius dixit factum in generali, poſtea explicat modum in particulari, incipiens à Petro.*

11 Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? *Id eſt, vis lauare mihi peccatori, tu qui es filius Dei, quaſi dicat, nullo modo decet ſimile verbum dixit in principio ſuæ conuerſionis. Luc. 5. b.* Exi à me domine, quia homo peccator ego ſum.

12 Reſpondit Ieſus & dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modo. *q. d. non ſolũ hoc facio propter pedum corporalium emũdationem, ſed propter humilitatis eruditionem, vt poſtea expoſuit, ideo ſubdit.*

13 Sciens autem poſtea. *Per hoc autem deſignauit mundiciam pedum ſpiritualium, qui ſunt affectus mentis, quæ requiritur in eucha-riſtiæ perceptione.*

14 Dicit ei Petrus non lauabis mihi pedes in æter. *Id eſt, nunquam lauabis, acſi di. ego nullo modo ſuſtinerem, licet autem Petrus faceret hoc bono zelo, tamen indiſcretè hoc faciebat, quia cum Chriſtus non poſſet errare, non debebat voluntati eius aliquo modo reſiſtere, ideo ſequitur.*

15 Reſpondit ei Ieſus. Si non la. *Si hoc intelligitur de lotione interioris maculæ, litera eſt plana, quia nullus poteſt habere partem cum*

✠ Chriſto

## MORALITER.

✠ 10 *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Scilicet, primò, prout dictũ fuit in expoſitione literali, & in hoc Chriſtus dedit exemplum ſuperioribus illos inter ſubditos principaliter honorare, qui primi ſunt ætate vel dignitate.

11 *Domine tu mihi lauas pedes.* Quaſi dicat, hoc indecens eſt & nullo modo ſuſtinendum, & in hoc Petrus ſignificat diſcipulũ ignorantem & indiſcretè loquentem de facto ſuperioris ſui, cuius ignorat rationem, frequenter enim contingit quod illud iudicatur irrationabiliſſimum ab ignorante cauſam, quod tamẽ rationabiliſſimum eſt ſecundum veritatem hoc autem contigit in hoc caſu Petro, propter quod dixit ei Chriſtus.

12 *Quod ego facio tu neſcis modo.* Et in hoc docemur bene iudicare & loqui de factis ſuperioris bõni, niſi Deo permittente erraret manifeſtè.

15 *Si non lauero te non habebis partem mecum.* Chriſtus enim nõ lauabat pedes diſcipulorum pro corporali mundatione, ſed pro exemplo humilitatis docendæ, propter quod dixit eis: Exemplum enim dedi vobis. Quod ergo dixit Petro: Si non lauero te, non habebis partem mecum, idem eſt ac ſi dixiſſet, partem mecum non habebis, niſi à me receperis exemplum humilitatis. Et in hoc facto Chriſtus dedit ſuperioribus & prælatis exemplum veræ humiliationis.

a ¶ Territus hac reſponſione,totum ſe offert abluendum turbatus amore & timore.
a non habetis partem mecum.Dicit ei Simon Petrus:Domine 1
a ¶ Affectionis. b ¶ Opera. ¶ Cogitationes.
non tantum pedes meos,ſed & manus & caput.Dicit ei Ieſus 2
b Qui lotus eſt,non † indiget,niſi vt pedes lauet,ſed eſt mun- 3
a ¶ Præter pedes quibus tangit terram. b ¶ Quare hoc dixit,exponit euangeliſta.
dus totus. Et vos mundi eſtis , ſed non omnes. Sciebat enim
quiſnam eſſet qui traderet eum. Propterea dixit , non eſtis
¶ Impleta purgatione per ſanguinem. a ¶ Surgens immortalis factus eſt.
mundi omnes.Poſtquam ergo lauit pedes eorum,accepit ve 4
a ¶ Ad dexteram patris ſedens. b ¶ Per ſpiritum miſſum in linguis docet. ¶ Inuitat ad ſciendum quod prius neſciebant. 5
c ſtimenta ſua.Et cum recubuiſſet,iterum dixit eis: Scitis quid 6
fecerim vobis. Vos vocatis me magiſter & domine, 7 8

A a *Dicit ei Simon.*Error Petri hic nobis profuit. Errauit enim ne nos erraremus.Errauit,cum ſe totum lauandum Deo obtulit,quem Deus correxit,oſtendens ſemel baptizatum non eſſe baptizandum.

✠ THEOPHYLACTVS.Vtrumque ex charitate fiebat, & detractio, quia plurimum obſeruabat dominum, & admiſſio quia à domino ſeparari nolebat. Tu autem cum videris, aliquem valde vrgẽtem præ temeritate ac dicentem, & cum iuramento, nũquam faciam hoc, & deinde reuerentia iuramenti in hoc quod decreuerat pertinacẽ & ex eo periclitantẽ vel in anima vel corpore, rectè vtaris hoc Petri exemplo, qui cum pertinax eſſet, vidit pertinaciam vergere in ſeparationem à Chriſto abſtitit ab illa.

b *Qui lo.*Ex his verbis intelligimus baptizatos apoſtolos, & ſi non legimus vbi vel quando.

*Qui lo.*Baptiſmo lotus eſt mundus.Sed quia iterum puluere terrenæ habitationis inquinatur,iterum opus eſt pedes lauare, quos lauat dominus interpellans pro nobis,& noſipſi orando. Ille etiam qui in ocio ſtudet veritati,dum in aliis pulſanti ſpõſo aperire pergit,pedes inquinat,quia veritas humiliter auditur ſed ſine periculo non poteſt prædicari,ſed hos pedes dominus diſcipulis lauat.

C ✠ THEOPHYLACTVS. Sumpta occaſione dominus arguit proditorem,vt eum ab immunda ſententia abduceret, & indigentem lauari à malitia.& in aliam ſententiam transferret, vos igitur inquit cum ſitis loti non indigetis alio lauachro, Vnus autem eſt immundus qui lotione opus habet. Quærunt autem multi quomodo dixerit Dominus Apoſtolis : *Vos mundi eſtis.* Nondum enim erant liberati à peccatis nondum ſpiritum aſſecuti erant , &c. Eſt igitur dicendum , quod quamuis non fuerint liberati à peccatis , attamen propter ſermonem inquit, quem locutus ſum vobis mundi eſtis , hoc eſt ſecundùm hoc nunc eſtis mundi , nunc liberati eſtis ab errore Iudaico quia, & Eſaiã audiui quomodo doceat nos lauari : *Lauamini,mũdi eſtote, deponite malitias ab animabus veſtris.* Et ita etiam illi , quia cum magna innocẽtia & ſimplicitate , verſabantur cum Chriſto , merito loti & mundi à domino dicuntur. D E

✠ GREGORIVS. In Euangelio dominus: *Qui lotus eſt non indiget niſi , &c.* Si igitur peccata in baptiſmate funditus minime dimittuntur, quomodo is qui lotus eſt, mundus eſt totus?Totus enim mundus dici non poteſt , cui de peccato aliquid remanſit.Sed nemo reſiſtit voci veritatis, quæ ait,qui lotus eſt,mundus eſt totus. Nihil ergo ei de peccati ſui contagione remanet , quem totum fatetur mundum ipſe qui redemit. Si qui autem ſunt qui dicunt quia de peccato quolibet , triennio pœnitentia agenda eſt , & poſt triennium in voluptatibus viuendum iſti adhuc nec prædicamenta veræ fidei , nec ſacræ ſcripturæ teſtimonia nouerunt. (Epiſtol. ex regiſtro ca. 39.)

F c *Et cum recubuiſſet, iterum dixit eis : Scitis quid fecerim vobis ? Vos vocatis me, &c.* Sicut prius exemplo, ſic etiam nunc verbo inſtruit eos magiſter veritatis. Et quod dicit magna de ſe non eſt arrogantia, ſed veritas quæ prodeſt auditoribus,ſicut facit & Paulus.

☞ GREGORIVS.

NICOLAVS DE LYRA.

✠ *Chriſto in gloria cœleſti,niſi lotus fuerit à macula peccati , ſecundùm quod ſcribitur Apocalip.21.g.* Nihil coinquinatum intrabit in illam.*Si autem intelligatur de lotione corporali pedum ipſius Petri, eodemmodo eſt dicendum. Sicut enim aliquid eſt illicitum non ex natura ſuá,ſed tantum quia prohibitum,vt patet de Ieſu ligni vetiti primi parentis,ita ſimiter aliquid eſt neceſſarium ad ſalutem, non ex natura ſui ſed propter præceptum* Dei *vel prælati,& ſic erant in propoſito Ex quo enim Chriſtus volebat ſimpliciter hoc facere. Petrus de neceßitate ſalutis tenebatur ſuſtinere.*

1 Domine non,&c.*Pedes ſunt pars corporis inferior, manus media,caput ſuperior,& ideo per expreßionem iſtarum partium intelligitur totum corpus.Eſt igitur ſenſus:*Domine non tantum.*Quaſi dicat, prius ſuſtinerem à te per totum corpus lauari quam à te ſeparari , quia quamuis eſſet durum Petro ſuſtinere ſeruitium magiſtri,tamen grauius erat ei ab ipſo ſeparari , vnde dicitur in itinerario Clementis , quod quandocumque Petrus memor erat dulcißimæ ſocietatis Chriſti , reſoluebatur in lachrymas,ita quod facies eius aduſta videbatur ex frequenti lachrymarum fluxu.*

2 Dicit ei Ieſus: Qui lotus eſt. *Per baptiſmum, ex quo accipitur quòd apoſtoli fuerunt à Chriſto baptizati , vt ſuprà dictum eſt ca.3.*

3 Non indiget niſi,&c. *Sed eſt mundus totus.Si enim aliquis baptizatus ſtatim moriatur , euolat ad patriam,nec indiget aliqua alia lotione,tamen ſi ſuperuiuat etiam ſanctè,indiget lotione pedum ſpiritualium,id eſt,affectionum mentis,quia ex conditione mortalis vitæ affectus eius aliquando aliquas maculas contrahit ex temporalibus , ſed non indiget lauare caput,id eſt partem contemplatiuam quæ intendit ſuperioribus & æternis,nec manus,id eſt, vitæ actiuæ opera quæ in eo ſunt ſancta.Talis autem erat Petrus & etiam alij apoſtoli,excepto Iuda proditore , propter quod ſequitur:Et vos mundi eſtis ſed non omnes.*

4 Poſtquam ergo lauit pedes eorum. *Oſtenſa facti vtilitate in prædicta lotione,hic inducit diſcipulos ad imitandum in opere. Et diuiditur in duas,quia primò propoſitum declarat , ſecundò confirmat, ibi:* Exemplum enim de.*Dicit igitur:*Poſtquam ergo lauit pedes eorum.*In hoc oſtendit conuenientem modum docendi , in moralibus enim magis mouent facta quam verba,vt poteſt haberi ex 10.Etich. & ideo Chriſtus doctrinæ de humilitate præmiſit humilitatis factum.* (Diuiſio)

5 Accepit veſtimenta ſua. *Sicut enim adminiſtrandum congruè debent veſtimenta deponi,ita ad docendum honeſtè debent aſſumi,propter quod magiſtri ſolent legere in habitu ad hoc diſpoſito & ordinato, ſecundum diſpoſitionem facultatis ſuæ.*

6 Et cum recubuiſſet,iterum.*Quia ſedendo debet doctor docere. Doctrina enim non capitur niſi in quiete,propter quod dicitur 7.Phyſi. Sedendo & quieſcendo ſit anima ſciens & prudens. Sequitur doctrina.*

7 Dixit eis:Scitis.*Quaſi dicat, vos debetis hoc ſcire,& in hoc reddit eos attentos.*

8 Vos vocatis me,&c.*Aliquid enim dicitur bene dictum, quando congruit dicenti & rei dictæ. Congruit autem rei dictæ,quando ſic eſt in re ſicut dicitur.Congruit autem dicenti , quando dicens talem ſe oſtendit facto,qualem verbo,vtroque modo apoſtoli bene dicebant , quia ſic erat in re ex parte Chriſti qui ſuperior erat , ſimiliter & ex parte apoſtolorum qui facto ſe ei ſubiiciebant ſicut & verbo , propter quod contra diſcipulos ſolo verbo dicitur Mat. 7.c.* Multi dicent mihi in illa die:Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus,&c.& tunc confitebor illis,quia nunquam noui vos, &c. *Ex prædictis concludit Saluator intentum,dicens:*

✠ Si ergo

MORALITER.

✠ 4 *Poſtquam ergo lauit pedes eorum.*Per hoc oſtendens, quod ſuperior poſt actum humilitatis debet reſumere debitum exercitium autoritatis.

✠ *Amen*

☞ Gregorivs. Incauti ſunt humiles qui ſe mendacio illa-
A queant dum arrogantiam vitant, quia contra veritatem ſe erigunt quam relinquunt. Qui enim neceſſitate cogente vera de ſe & bona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quantò veritati ſociatur.

¶ Quia verum eſt. ¶ Dimiſi peccata veſtra.
& bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros, 1
¶ Quia Deus. ¶ Quia veritas. a ¶ Alter alteri peccata dimittere & pro inuicem orare.
dominus & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pe- 2
¶ Sicut ego patior, & vos patiamini, ſicut me humilio, ita vos humiliamini.
des. Exemplum enim dedi vobit, vt quemadmodum ego fe- 3
a ¶ Manu vel corde. b ¶ Debetis facere quod ego, quia.
ci vobis, ita & vos faciatis. † Amen, amen dico vobis, non eſt 4
ſeruus maior domino ſuo, neque † apoſtolus maior eſt eo
¶ Quæ feci & doceo.
qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beati † eritis, ſi feceritis ea. 5
¶ Non omnes vos beatos dico.
a Non de omnibus vobis dico. Ego ſcio quos elegerim, Sed vt 6
b adimpleatur ſcriptura. † Qui manducat mecum panem, le- 7 8
c uabit contra me calcaneum ſuum. Amodo dico vobis priuſ- 9
quàm fiat, vt cum factum fuerit credatis, quia ego ſum. 10 11
d e Amen, amen dico vobis, qui accipit ſi quem miſero, 12
me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui miſit me. 13
¶ Humano. a ¶ Quod occultum fuerat. 14
f g Cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu, & † proteſtatus † 15

†Mat.10.c. Luc.6.f. Sup.6.g. †Pſal.40. †miſſus †eſtis †teſtatus

a *Non de omnibus.* Non omnes facietis hoc vnde beati ſitis, ſed qui manducat me. pa. nō vt proficiat, ſed vt lateat, leuabit contra me calcaneum ſuum, id eſt, me calcabit, vt impleatur ſcriptura quæ hoc prædixit, non quod cogat, ſed quia quod futurum erat non tacuit.

b *Ego ſcio quos ele.* B Ad hoc vt ſequaces mei ſint beati. Elegit autem Iudam non ad hoc, ſed ad illud quod de eo factum eſt, ſcilicet, ad ſalutē aliorum. Vnde alibi: *Elegi vos duodecim, & ex vobis vnus diabolus eſt.*

c *Amodo dico vobis.* Q. Hucuſque toleraui & tacui, ſed iam noto proditorem antequam fiat quod mox faciendum eſt, vt cum factum fuerit credatis, quia ego ſum ille de quo ſcriptura illa prædixit.

d *Amen amen dico vobis.* Poſtquam exemplo ſuo eos docuit humiliationem & calcanei paſſionē, ſupponit quo conſoletur eos honore, quod ipſe & pater in eis recipitur.

e *Qui ac.* ✠ Theophylactvs. Quæ conſequentia priorū
C ad ea quæ nunc ſequuntur, quæ ſubdit ſermoni de proditore *Qui recipit quemcunque, &c.* Certè maxima conſequentia, quia enim dictum erat quod prodendus, ac quod derelicturus eſſet, & iam egreſſuri eſſent diſpergendi, & variis malis affligendi, D duobus modis ſolatur eos, à ſe oſtendens, eis quod ipſe paſſurus ſit, & quæ proditori fecerit lotis eius pedibus ad communem mēſam admiſſo, nam ſi ſemper hæc cogitaſſent omnia tuliſſent facile igitur hic vnus quidem modus, per ea quæ fecerat inimico ſuo, & quæ paſſurus eſſet, inſuper promittit omniū domus futuras illis apertas, & ſuſcipiendos ab omnibus qui ſermonem eius audirent.

In iſtis verbis nō vnitas naturæ miſſi & mittentis ſed in miſſo mittentis autoritas cōmendatur. Quiſquis ergo ſic miſſum accipiat, vt in eo mittentem attendat, E vt in Petro Chriſtum ſcilicet in ſeruo dominum, in Chriſto patrem ſcilicet in vnigenito genitorem.

f *Cum hæc dixiſſet Ieſus.* Noſtra infirmitas in eo verè turbata eſt, non ſua poteſtas, ſicut & verè paſſa. Voluntariè autem accepit turbationem, ne deſperet ſeruus turbatus neceſſitate. Quod autem turbatur ſignificat turbādos ſpirituales ex charitate, cùm vrgenſ cauſa & zizania à rritico ante meſſem cogitur ſeparare.

g *Turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: Amen, amen dico vobis, &c.* Dicturus vnus ex vobis tradet me, turbatur, non carne, ſed ſpiritu, non quod tunc primum ſubitò hoc nouerit & repentinum malum eum turbauerit, ſed quia iam F fuerat eum vt non lateret expreſſurus, & ille iam erat exiturus & Iudæos adducturus. Turbauit autem eum immi- ☞ nens paſſio

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Si ergo ego laui. *Multo fortius.*

2 Et vos debetis alter. *Per hoc intelligitur quodlibet pietatis & humanitatis officium proximo impenſum. Ad quod impendendum quilibet tenetur in caſu neceßitatis extra autem talem caſum tenetur debito honeſtatis & congruitatis.*

3 Exemplum. *Hic confirmat concluſionem prædictam, & hoc quadrupliciter. Primò exemplo ſui dicens:* Exemplum enim. *Quaſi dicat adhoc feci vt oſtenderem vos ad hoc teneri. Secundò confirmat per ſuam autoritatem dicens.*

4 Amen, amen dico vobis. *Id eſt, miſſus, quia apoſtoli fuerunt miſſi à Chriſto ad prædicandum, quibus mißis tenebantur populi credere, multo fortius apoſtoli tenebantur autoritati Chriſti obedire. Tertiò cōfirmat eam ſequenti præmio, cum dicit.*

5 Si hæc ſcitis, beati. *Beatitudo autem eſt maximum deſiderabile cum ſit ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.*

6 Non de omnibus vobis dico. *Scilicet quod debeatis eſſe beati quia præuidebat damnationem Iudæ futuram propter quod ſubditur.*

7 Ego ſcio. *Id eſt, clarè cognoſco.*

8 Quos elegerim. *Scilicet, ad vitam æternam. Iudas autem non fuit electus ad ipſam, ſed tantum ad apoſtolatum, vt ſuprà dictum eſt cap.6.*

9 Sed vt ad. *Ex malicia & damnatione vnius veſtrum.*

10 Qui manducat mecum panem leuabit contra me calca. *Id eſt, conabitur me ſuppeditare. Hoc fuit impletum in Iuda, qui panem corporalem & ſacramentalem ſibi datum à Chriſto manducauit, prædicta autem ſcriptura habetur pſal.40. Tranſlatio.70. habet: Qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Et tranſlatio Hieronymi, accepta iuxta Hebraicum magis propinqua eſt dicto Chriſti, quæ talis eſt:* Qui manducat meum panem leuabit contra me plantam.

11 Amodo dico vo. *Quia ego ſum, ſcilicet, verè Chiſtus verus homo, verus Deus, quia ſcire ſecreta cordium & prædicere certitudinaliter futura contingentia à libero arbitrio dependentia virtute propria eſt manifeſtum indicium deitatis. Quartò confirmat concluſionem prædictam ex dignitate eorum quorum pedes lauabantur, di.*

12 Amen, amen dico, &c. me ac. *Id eſt, ſeruitium factum Chriſti miniſtris redundat in honorem ipſius, & per conſequens totiùs trinitatis ideo ſequitur.*

13 Qui autem me ac. &c. *Id eſt, honorat patrem & ſpiritumſanctum qui miſerunt filium ſecundum quod dicitur Iſa.48.d. Et nunc miſit me dominus & ſpiritus eius, hæc dicit redemptor tuus Iſrael.*

14 Cum hæc di. *Poſtquam ſaluator propoſui perfectionis exemplū hic oſtendit defectum diſcipulorum, & primò defectum Iudæ proditoris, ſecundò defectum Petri negantis, ibi:* Dixit ei Simon. *Prima in duas, quia primò denunciat ipſam proditionē, ſecundo ipſum proditorē, ibi:* Aſpiciebant ergo. *In prima parte dicitur ſic:* Cum hæc dixiſſet Ieſus, &c. *Ex horrore paßionis ſuæ imminentis & proditionis Iudæ. Hæc autem turbatio quæ erat in parte ſenſitiua, non erat contraria rationi, ſed magis conueniens ei, ſicut dictum eſt ſupra, de aliis paßionibus ca. præceden.* Diuiſio

15 Et proteſtatus eſt & dixit: Amen, amen dico, &c. tradet me. *Multiplicat autem hanc dictionem Amen, ad oſtendendum futuræ rei certitudinem..*

✠ Aſpiciebant

## MORALITER.

✠ 4 *Amen, amen dico vobis, non eſt ſeruus maior domino ſuo.* Licet omnes Chriſtiani ſint ſerui Chriſti, tamen ſpecialiter epiſcopi qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum, propter quod non debent ſe facere maiores ipſo Chriſto, & tamen aliqui quantum ad aliquid faciunt contrarium. Nam præcepta ſua & ſtatuta (licet frequenter ſint de indifferentibus) ſeruari ſtrictiùs faciunt quam diuina.

6 *Sed*

9 *Sed vt adimpleatur ſcriptura.* Scilicet Pſal.40.c.

10 *Qui manducat mecum pa.* Iſti ſunt prælati, clerici, & religioſi, qui lautè viuunt de patrimonio Crucifixi, & tamen eorum plurimi leuant calcaneum contra Chriſtum in membris ſuis affligentes ea calumniis & exactionibus iniuſtis.

† *Ieſus turbatus eſt ſpiritu & proteſtatus eſt, &c.* Virtuoſum eſt enim conturbari contra vitia, & ideo Ieſus turbatus eſt ſpiritu id eſt, ex imperio rationis, quia expreſſiùs quàm ante volebat exprimere crimen proditionis.

nens paſſio & proximum periculum proditoris, ſicut ſupra
A dixit: Nunc anima mea turbata eſt, appropinquante paſ-
ſupr.12.d. ſione.

a *In ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergo, &c.* Idem quod dicit ſupra pectus, ſignificat ſecretum de quo bibit diuinitatis ſacramentum.

exprimitur ipſe traditor, &c. D

d *Et poſt buccellam, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vbi dominus quidem dedit buccellam, Iudę ſi forte recogitaret amicitiã menſæ & prius & à proditione reſiſteret, Iudas autem cum neque ſic emendaretur, Tunc plane factus eſt Satanæ, & traditus ei, vt inemendabilis. Igitur quamdiu vnus diſcipulorum videbatur, & ex ſancto illo choro, non habebat tantum acceſſum ad illum Satanas, vbi autem illum dimiſit dominus & ſeparauit ab aliis diſcipulis, traducto eo per panem, tunc inuaſit eum, vt à domino derelictum & E à diuino choro ſeparatum.

e *Quod facis.* Non præcepit, ſed prædicit Iudæ malum, nobis bonum, quia hoc vult cito fieri, non tam feſtinando in illius pœnam quam in ſalutem fidelium.

† buccellã offulam.

a ¶ Manifeſtauit. b ¶ Numero non vinculo ſpiritus. c ¶ Exiturus.

eſt, & dixit: † Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tra-

¶ Quia etſi nota fitit cuiquam ſua conſcientia, alterius tamen ſibi, erat ignota.

det me. Aſpiciebant ergo adinuicem diſcipuli, hæſitantes de 1

¶ De ſe quaſi de alio dicit, vt rerum geſtarum ſcriptor non ſui prædicator.

quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in 2

a ¶ Per ſinum ſignificat ſecretum. b ¶ Non plus omnibus, ſed familiarius, vt per pacem de vita exiret, non per paſſionem. c ¶ Non loquendo, ſed innuendo motu corporis, poſt ſono vocis, vt quærat.

a ſinũ Ieſu, quem diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Pe- 3 4

trus, & dixit ei: Quis eſt de quo dicit? Itaque cum recubuiſſet 5

¶ Hic eſt ille ſinus, id eſt, ſecretum ſapientiæ. 6

ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt? Reſpon- 7

dit Ieſus: † Ille eſt cui ego intinctum panem porrexe- 8

b ro. Et cum intinxiſſet † panem, dedit Iudæ Simonis 9 10

a ¶ Quia bona male eſt vſus, & hæc præſumptio peccatum auxit.

c ¶ Vt plenius poſſideret: in quem intrauerat, vt deciperet.

d Scariothis. Et poſt buccellam introiuit in eum Sa- 11

e thanas. Et dicit ei Ieſus: Quod facis fac citius. Hoc au- 12

tem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei. 13 14 15

✠ THEOPHYLACTVS. Quare omnibus aliis, vt Petro ipſo tremente Ioannes quaſi delicatus recumbit in ſinu domini? Et iterũ: Quare de ſeipſo dicit, quod eum diligebat Ieſus? Recũbebat quidem propter duas illas cauſas: B Vna eſt quia præ omnibus aliis diligebatur maximè, dilectionis autem ſignum recumbere cum domino: Altera quia volebat ſe oſtendere alienum à crimine, per hoc quod tam libera illa cum Chriſto familiaritas.

†2.q.1.c.vnus. Luc.22.c. Mar.14.b.

†1.q.1.c. Chriſtus de cõ.di.2.c.& ſancta & c. ſicut Iudas.

b *Et cum intinxiſſet panem.* Panis intinctio, ſignificat fictionem Iudæ, qui fictus amicus venit ad cœnam. Quæ enim tinguntur, non mundantur, ſed inficiuntur. Si autem bonum aliquid ſignificat intinctio, eidem bono ingratum, non immeritò ſequuta eſt damnatio.

c *Dedit Iudæ Simonis Scariothis, &c.* Non vt quidam putant nũc C Iudas corpus Chriſti accepit. Sciendum eſt enim, quod iam omnibus dominus diſtribuerat ſacramentum corporis & ſanguinis, inter quos & Iudas fuit deinde per buccellã intinctam, exprimitur

✠ HIERONYMVS. Scilicet vt paſſionem corporis velox reſurrectionis adiutorium præueniret vulneratus eſt enim propter peccata noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. In pſal.70.

✠ IDEM. Gaudet dominus & exultat, & hortator eſt gladij ſæuientis, vt vadat ſiue ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, & quocunque faciei ſuæ tulerit appetitus, vt interfectus malis remaneant boni & impleatur illud quod ſcriptum eſt: *Quid paleis ad frumentum dicit dominus?* In Ezech. cap.21. F Hiero.32.e.

Quia

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Aſpiciebant. *Hic conſequenter denunciat proditorem. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur denunciationis occaſio, ſecundò ipſa denunciatio, ibi:* Reſpondit Ieſus. *Occaſio huius denunciationis fuit duplex. Prima fuit ſtupefactio & conturbatio, quæ tangitur ibi cum dicitur:* Aſpiciebant ergo adinuicem diſci. hæſi. &c. *Erant enim admirati, quia quilibet eorum præter Iudam ſentiebat ſe totaliter firmatum in contrarium dicto ipſius Chriſti, & conſimiliter de ſuis ſociis ſicut de ſe cogitabat, verumtamen propter firmitatem verborum Chriſti magis eius dicto credebant, quam ſuis conſcientiis, & ideo non hæſitabant de euentu rei, ſed de illo per quem hoc eueniret. Secunda occaſio fuit familiaritas Ioannis cum Chiſto, propter quam Chriſtus ſua ſecreta ei reuelabat, & hæc cauſa exprimitur, cum dicitur.* Diuiſio

2 Erat ergo recum. &c. in ſi. *Id eſt, familiariter ei propinquus ex dilectione, propter hoc ſequitur.*

3 Quem diligebat. *Specialia ei ſigna dilectionis oſtendendo præ cæteris, propter mundiciam virginalem. Notandum, quod Ioannes hic de ſe loquitur per modum alterius perſonæ. Hic enim eſt modus loquendi iſtorum qui canonicas ſcripturas conſcripſerunt, quando in eis de ſe quis loquitur, vnde Paulus 2.Cor.12.a. loquens de ſeipſo dicit: Scio hominem in Chriſto, &c. & Dauid 2.Re.23.a. Dixit vir cui conſtitutum eſt de Chriſto, &c.*

4 Innuit ergo hu. *Scilicet, Ioanni.*

5 Simon Petrus & dixit: &c. Quis. *Petrus enim quodam ſigno ſignificauit Ioanni vt peteret à Chriſto ſibi familiari de quo dixerat licet enim Petrus alias ſolitus eſſet interrogare à Chriſto præ cæteris, tamen tunc non fuit auſus petere, quia immediatè fuerat reprehenſus de indiſcreta loquutione, cũ dixerat Chriſto: Non lauabis mihi pedes, &c.*

6 Cum recubuiſ. *Scilicet, Ioannes.*

7 Supra pe. Ie. *Id eſt, inclinatus propè os eius, & ſic erat idoneè poſitus ad interrogandum & audiendum aliquid ſecretè ab eo.*

8 Dicit ei, Domine quis eſt? *Ille, ſcilicet, proditor.*

9 Reſpondit Ieſus. *Poſita occaſione denunciationis, hic ponitur denunciatio proditoris. Et diuiditur in tres, quia primò exprimitur ipſa denunciatio, ſecundò rei denunciatæ promiſſio, ibi:* Et dixit ei. *Tertiò promiſſionis exequutio, ibi:* Cum ergo accepiſſet. *In prima parte dicitur ſic:* Reſpondit Ieſus. *Ipſi Ioanni in ſilentio, quia ſi alte dixiſſet, Petrus erat ita feruidus, quod ſtatim inſurrexiſſet in proditorem.* Diuiſio

10 Ille eſt cui ego in. &c. *Per hoc notatur Iudæ fictio, quia ſicut panis intinctus habet ſaporem in ſuperficie alium quam interiùs, ita Iudas ſe ſimulabat exteriùs Chriſti diſcipulum, cum tamen interiùs eſſet eius proditor.*

*Vel aliter. Dedit Iudæ panem intinctum, ad oſtendendum Iudæ ingratitudinem & Chriſti manſuetudinem. Panis enim intinctus ſapidior eſt ad comedendum, ideo Chriſtus Iudæ fecit iſtud obſequium, ad declarãdum ſuam benignitatem & Iudæ malignitatem qui ex hoc nihil mouebatur ad compunctionem. Sciendum tamen quod iſte panis intinctus non fuit corpus Chriſti, ſed ante ipſum acceperat in pane non intincto, ideo ſtatutum eſt, quod corpus Chriſti intinctum non datur fidelibus, vt habetur de conſe. diſtin.2. Cum omne.*

11 Et poſt buccellam introiuit in eum. *Non de nouo, cum iam Chriſtum vendidiſſet, ſed introiuit in eum ad amplius ipſum poſſidendum, quia ingratus obſequij Chriſti factus eſt in poteſtate dæmonis magis quam antè.*

12 Et dicit ei Ie. *Hic ponitur proditionis permiſſio. Non enim poterat aliquid facere, niſi Chriſto permittente, ideo dixit ei.*

13 Quod facis fac. *Non dicit hoc præcipiendo vel conſulendo, quia præceptum diuinum vel conſilium non poteſt eſſe de malo, ſed tantummodo permittendo ratione dicta. Tamen verba Chriſti fuerunt aliis apoſtolis obſcura, ideò ſequitur.*

14 Hoc autem ne. ſci. diſcum. &c. *Præter Iudam.*

15 Ad quid dixe. ei. *Verbum prædictum, de aliis à Ioanne non erat mirum, ſi ignorauerunt, quia ſoli Ioanni dixerat Chriſtus. Cui dabo panem. Sed de Ioanne mirum videtur. Ideo dicendum, quod audito verbo Chriſti ita fuit attonitus & ſuſpenſus, quod non aduertit illud quod poſtea dictum eſt ipſi Iudæ à Saluatore, & ideo diſcipuli verbum Chriſti aliter interpretabantur, & hoc eſt quod dicitur.*

Quidam

## MORALITER.

10 *Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero, &c.* Panis intinctus ſuauior eſt, ideo ſignificat euchariſtiam, cuius etiam vna pars tingitur in ſanguine quando ſumi debet à ſacerdote, qui tamen eſt Chriſti proditor quando indignè ſumit.

✠ HIERON.

a Quidam enim putabant, quia † loculos habebat Iudas, quod 1
dixiſſet ei Ieſus. Eme ea quæ ſunt opus nobis ad diem fe- 2 3
a ¶ Vt malus. ¶ Bonum.
ſtum aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepiſſet ille 4 5
a ¶ A domino aperte recedit.
b buccellam, exiuit continuò. Erat autem nox. Cum ergo exiſ- 6 7
a ¶ Abſente palea iam triticum quodammodo eſt purgatum. 8
c ſet dixit Ieſus. Nunc † clarificatus eſt filius hominis, & Deus 9
a ¶ Quia non quæſiuit niſi gloriam patris. 10
clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus 11
clarificabit eũ in ſemetipſo, & cõtinuò clarificabit eum. † Fi- 12
¶ Volentes ſequi me. ¶ Sed ſine modo. 13
d lioli adhuc modicũ vobiſcũ ſum, † quæretis me, & ſicut dixi 14
e ¶ Iudæi nunquam. a ¶ Idem dico vobis, ſed cum modo. 15
f Iudæis, quo ego vado, vos non poteſtis venire, & vobis dico 16 17

A a *Quia loculos habebat.* In quibus oblata ſcrutabantur ſuorum neceſſitatibus & aliis indigentibus. In quo datur forma eccle- (Mat.6.d.) ſiæ ſeruandi neceſſaria, quæ iubetur non cogitare de craſtino, ne pro terrenis ſeruiat, vel timore inopiæ iuſticiam deſerat.

b *Erat autem.* Nox congruit ſacramento. Erat enim qui exiuit filius tenebrarum faciens opera tenebrarum. († Marſupiũ)

c *Nunc clarificatus eſt fi.ho.* AVGVSTI. Exeunte Iuda pro quo dicebatur. Non eſtis mundi omnes remãſerunt ſoli mũdi cum ſuo mandatore in quo ſignificata eſt clarificatio Chriſti in qua ſeparatis malis manebit in æternitate cum (†glorificat') B ſanctis. Sicut ergo res ſignificantes tãquam res ſignificatæ appellantur, vt petra non dicitur ſignifi- (1.Cor.10.a.) cabat Chriſtum, ſed erat Chriſtus ita hoc facto ſeparationis Iudæ conteſtans futuram illam ſeparationem dicit. Nunc non ſignificata eſt clarificatio, ſed *Clarificatus eſt filius hominis.* Quia nõ ipſe in ſe, ſed Deus in eo clarificatus. Quod quaſi exponens (Supra.5.c.) ſubdit. *Si Deus cla.eſt.* quia non quæſiuit ille voluntatem ſuam, ſed patris. *& de cla.e.in ſe.* vt humana natura verbo vnita etiam immortali æternitate donetur. Et hæc clarificatio eſt. *continuò*, id eſt, immortalis reſurrectio non differetur in fine, ſicut omnium ad quam poteſt referri & prius dictum, vt dicatur Nunc: non de inſtanti tempore paſſionis, ſed de proximo reſurrectionis, quaſi ſit factum quod mox eſt futurum.

✠ THEOPHYLACTVS. Quomodo glorificabit Deus filium? In ſeipſo hoc eſt per ſeipſum non per alium, non per C angelos & archangelos, non per alias virtutes, ſed per ſeipſum Omnia enim operatus eſt ad gloriam filij, continuò igitur, inquit glorificabit eum hoc eſt non tardabitur, ſed in ipſa cruce D & iterum poſt res dies, cum reſuſcitauerit eum, & poſt quadraginta dies ſuppeditata gratia diſcipulis.

d *Filioli.* AVGVSTINVS. Quia dixerat quod Deus eſt cito clarificaturus eum, ne putarent quod non vltrà iungeretur eis conuerſando in terra, addit. *Adhuc mo. vo. ſum.* In infirmitate carnis ſicut & vos vſque ad horam mortis, ſicut poſt reſurrectionem dicit: *Cum eſſem vobiſcum in carne mortali.* (Luc.24.f.) Vel modicum vobiſcum ſum, ſi non in eadem (Act.1 a.) qualitate temporali tamẽ in terrena conuerſatione poſt reſurrectionẽ 40. diebus. E (De.pæ.di.4.c.hac ſocietatem.§.hoc ergo.) De præſentia autem diuina qua cum eis eſt vſque ad conſummationem ſeculi, non poteſt hoc accipi, quia non conueniret quod ſequitur. († Supra.7.c.& 8.c. Mat.25.d.)

✠ HIERONYMVS. Saluator noſter patrem ſe eſſe nouit (Comment. in cap.3 epiſto.ad Epheſios.) dicẽs. *filij dimittũtur tibi peccata*, Et: *filia fides tua te ſaluã fecit:* Et: *filioli mei adhuc modicũ.* vobiſcum ſum, & per ſpiritũ ſanctũ iuſti quinque in filios adoptantur. Valẽtinus ſæculorum ſuorum parabolas atque coniugia, ex hoc vel maximè loco confirmandas putat, nequaquam intelligens ad ſimilitudinem Dei patris & in cœlo & in terra paternitates non fieri, ſed appellari.

e *Quære.me.& po.ve.* Tunc enim implebitur. Vbi ego ſum & illi ſint. (Infra.17.d.)

f *Quo ego vado vos non poteſtis venire.* Nunc non poterant apoſtoli nondum ſpiritu confirmati ſequi dominum, id eſt, mori pro domino & iuſticia, vel venire ad vitam immortalem ad quam ipſe ibat, ſequuturi autem erãt poſtea. Quomodo autem F idonei poſſint eſſe & pergere quo ille antecedit, docet. (Leui 19.d.)

*Mandatum*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quidam, &c. quia lo. *Id eſt, quia portabat eleemoſynas datas pro Chriſto & dicipulis eius.*

2 Quod dixiſſet ei. *Qui imminebat in craſtino, vt dictum eſt. In talibus enim ſolemnitatibus Iudæi lautius viuebant.*

3 Aut egenis. *Quia ad vtrumque iſtorum pecunia portabatur, vt ſupra dictum eſt ca.præce.*

4 Cum ergo accepiſſet. *Hic diſcribitur proditionis exequutio. Et* (Diuiſio.) *diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta exequutio, ſecundò pronunciatur ex hoc ſequens Chriſti glorificatio, ibi:* Cum ergo dixiſſet. *In prima parte dicitur ſic.* Cum ergo ac. ille bucellam. *Dicunt aliqui quod tantum accepit in manu, ſed non comedit, quia diabolus non per-* (Mat.4.a.) *miſit eum tandiu ſtare ibi, eo quod non poterat ſuſtinere præſentiã Chriſti & hoc non eſt veriſimile quia diabolus in præſentia Chriſti diu ſtetit in deſerto ipſum tentando, ideò aliter exponitur.* Cum ergo acce. *Id eſt, comediſſet accipere enim cibum idem eſt quod comedere.*

5 Exiuit conti. *Ad quærendum cohortem qui caperet Chriſtum.*

6 Erat autem nox. *Hoc expreſſit euangeliſta ad oſtendendum opportunitatem temporis ad peragendum proditionem, & ad denotandum in Iuda mentis tenebroſitatem.*

7 Cum ergo ex. *Hic prænunciatur ſequens Chriſti glorificatio ſciebat enim diſcipulos conturbandos de eius receſſu & ideò primò oſtendit gloriam quam erat adepturus per ſuam mortem, ſecundò denunciat ipſam mortem, ibi:* Filioli. *In prima igitur parte dicitur,* Cum er. exiſ. *Iudas ad procurandum Chriſti mortem.*

8 Dixit Ie. Nunc cla. *Dicitur enim aliquid iam eſſe quando incipit paſſio autem eius extunc incipiebat per quam fuit multipliciter clarificatus, vt dictum eſt ca.præce. & ideò dixit ſe iam clarificari.*

9 Et Deus cla. eſt in eo. *Quia paſſio Chriſti erat ordinata ad Dei gloriam inquantum ibi maximè relucebat diuina miſericordia & iuſticia & inquantum per eam multitudo Gentium adducta eſt ad glorificãdũ Deum, dicitur autẽ glorificatio quaſi clarificatio, quia gloria eſt clara noticia cũ laude, vnde gloria dicitur quaſi claria c. mutata in g.* (Gloria quid)

10 Et Deus clarificabit eum in ſemetipſo. *Id eſt, Deus pater per ſeipſum clarificabit filium inquantum in morte eius mirabilia oſtendit & eum à morte reſuſcitauit.*

11 Et conti. cla. *Id eſt, ſine mora, quia non eſt derelictus in inferno, nec caro eius vidit corruptionem, vt habetur Act.2.d. quia accelerata eſt ſua reſurrectio.*

12 Filioli. *Conſequenter hic denunciat ſuum receſſum per mortem Et diuiditur in duas quia primò denunciat prædictum receſſum ſecundò oſtendit qualiter poſſint eſſe idonei ad ſequendum ipſum, ibi:* Mandatum nouum. *Dicit ergo primò.* Filioli. *in quo oſtendit teneritudinem amicitiæ ad eos.*

13 Adhuc modi cum. *Id eſt, modico tempore & ſecundùm aliquos intelligitur iſtud tempus modicum vſque ad aſcenſionem, quia vſque tunc apparuerat eis corporaliter, ſed melius dicitur quod iſtud tempus modicum intelligitur vſque ad aduentum Iudæ & militum, quia tunc fuit eis ſubtractus.*

14 Quæretis me. *Id eſt, deſiderabitis me habere in præſentia veſtra.*

15 Et ſicut di. Iu. *Quia nõ poterant me ſequi. ca.7. ita nũc dico vobis.*

16 Quo ego. *Quia adhuc imperfecti eſtis verumtamen quia iſta imperfectio erat tollenda ab eis per gratiam ſpirituſſancti ideò ſubditur.*

17 Et vobis dico modo. *Quaſi dicat licet pro nunc non poſſitis me ſequi tamen poſtea poteritis quia recepta ſpirituſſancti gratia gaudebant in tribulationibus & opprobriis vt habetur Act.5.g. Quando autem dixit Iudæis quod non poterant eum ſequi, non addidit hanc determinationem modo oſtendendo quod illa imperfectio & malicia non erat ab eis tollenda.*

Mandatum

MORALITER.

✠ HIERONYMVS. Dic ſacerdos dic clerice quomodo eiſdem labiis deoſcularis filium virginis quibus deoſculatus es filiam meretricis? ô Iuda oſculo filium hominis tradis. (Contra clericos indignè communicãtes.)

4 *Cum ergo accepiſſet.* Quia ſacerdos Chriſti corpus ſumens indignè magis elongatur à Deo.

7 *Cum ergo exiſſet dixit Ie.* Secundùm Aug. Per exitum Iudæ de ſocietate Chriſti & diſcipulorum præfigurata fuit reproborum ſeparatio tempore iudicij finalis à conſortio Chriſti & electorum quia tunc apparebit gloria magna Chriſti. Quod ſequitur eſt de ſe morale, ideò pertranſeo.

a *Mandatum nouum do.* AVGVS. Non quod hoc non ſit in
A antiqua lege, Diliges proximum tuum ſicut teipſum & non quod antiqui ſancti non ſic dilexerunt, ſed quia dilectio de veteri facit nouũ hominem quocunque tempore quod tamẽ non fecit dilectio quæ eſt naturali neceſſitudine, vt inter coniuges patres & filios & huiuſmodi, vt taceamus de turpi quę eſt inter amatores (1.Io.2.b.) Et ideò purchrè determinat. *Sicut dile. vos.* perducturus ad finem ſine fine ea di-
B dilectione diligite, vt ſitis filij Dei fratres vnico filio, quæ dilectio facit mori ſeculo.

b *Vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos.* Non putetur hæc prætermiſſa dilectio Dei quæ eſt in dilectione proximi († De pe.di.2.qui vult facere.) in proximo enim non niſi Deus diligitur, ſicut & Chri-
C ſtus in nobis diligit Deum & non quod hoc habeamus, ſed vt haberemus ſicut medicus in ægro, non morbum, ſed ſalutem quam venit dare.

a ¶ Ne deſperent additur modo. b ¶ Sed vt aliquando ſequimini.
a modo.† mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, 1
b a ¶ Ideo & vos in quo innuit ſe conferre diligendo nos, vt mutua dilectione inter nos conſtringamur. b ¶ Non in aliis quæ etiam non mei habent.
ſicut dilexi vos, vt & diligatis inuicem. In hoc cognoſcent 2
a ¶ Hic eſt fons in quo alienus non communicat, vt ait Salomon 3
omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad
c inuicem. Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis? Reſ- 4
a ¶ Quaſi dicat non feſtines, quia nondum es indutus virtute ex alto & ideò ne interim 5
præſumas. b ¶ Nunc non poterant apoſtoli, nondum ſpiritu con. &c. 6
pondit Ieſus. Quò ego vado nõn potes me modo ſequi: ſe- 7
a ¶ Ne deſperes. 8
quęris autem poſtea. Dicit ei Petrus:* Quare non poſſum te 9
a ¶ Qui totum nouit & docet. 10
d ſequi modo? Animam meam pro te ponã. Reſpondit Ieſus: 11
a ¶ Quandoque, ſed prope eſt vt neges timore mortis vitam & occidas tuam animam. 12
e † Animam tuam pro me pónas? † Amen amen dico tibi, non 13
a ¶ Chriſtum quidquid in verbis ſones. 14
cantabit gallus, donec ter mẽ neges.

(* Domine) († Mar.26.d Mar.14.d. Luc.22 d.)

D
c *Do.quo.* Audito, quo ego vado, & intellecta via qua ſequi poteſt, id eſt, dilectione, dicit Petrus vt ſequi paratus. Et quia hunc eius animum nouit dominus, dixit non modo eum poſſe, in quo non abſtulit ſpem futuri, ſed confirmauit. Sequeris autem poſtea.

d *Ani.meam.* Multum præſumit qui animam pro eo ponere promittit, qui nondum pro Petro animam dedit, quaſi præire poſſit.

E
AVGVSTINVS. Voluntatem ſuam, ſed nõ vires ſuas cognoſcens, vt infirmus voluntatem ſuam iactat, ſed inſpiciebat inualitudinem medicus. Ille promittebat ille prænoſcebat & qui neſciebat audiebat, qui præſciebat docebat.

e *Non cantabit Gal. &c.* Petrus ante pri-
F mum Gallicantum trinam negationem incipit totam autem perficit ante ſecundùm Gallicantum.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Mandatum no. *Hic conſequenter oſtendit modũ ſequendi ipſum ſcilicet perfectionem charitatis quæ animam facit ponere propter Chriſtum & hoc eſt quod dicit.* Mandatum no. *Sciendum quod mandatum dilectionis non dicitur nouum, quia pro tunc fuerit de nouo datum. In veteri enim teſtamento fit mentio frequenter de dilectione Dei & proximi propter quod legiſperitis reſpondit Chriſtus mandatum dilectionis eſſe inter alia maximum, vt habetur Mat.22.d. Sed pro tanto hic dicitur mandatum nouũ ab affectu, quia animam renouat. Et iterũ quia differentiam noui Teſtamenti & veteris conſtituit. Licet enim in lege veteri fieret mentio de dilectione, tamen principaliùs inducebantur ad obſeruantiam legis ex timore & eodem modo in nouo Teſtamento bene fit mentio de timore, ſed principalius de amore vnumquodque autem à principaliori vel euidentiori de nominatur propter quod vetus Teſtamentum dicitur lex timoris, nouum autem lex amoris. Conſequenter oſtendit modum diligendi, dicens.*

(Mandatum dilectionis quare nouũ)

2 Sicut dile.vos. *Id eſt, gratuitè & efficaciter & rectè, ſic enim Chriſtus dilexit nos, quia in dilectione nos præuenit, vt dicitur.1.Io.4.b. Prior dilexit nos, & ſic gratuitè. Animam etiam ſuam pro nobis poſuit & ſic efficaciter dilexit. Hanc etiam dilectionem ad noſtram beatitudinem ordinauit, & ſic dilexit nos rectè, & hoc modo debemus nos inuicem diligere.*

3 In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli, &c. *Sola enim charitas diſtinguit inter filios regni & filios perditionis, vt dicit Aug.15. de trinitate.*

4 Dicit ei.Si. *Superius declarauit Chriſtus defectum diſcipuli ipſum prodituri, hic conſequenter oſtendit defectum diſcipuli eum negaturi & primò oſtenditur huius oſtenſionis occaſio, quæ fuit iactantia Petri de ſua conſtantia & fidelitate. Chriſtus enim dixerat. Quo ego vado, vos nõ poteſtis venire modo ideò Petrus feruidus petiit ſtatim à Chriſto.*

5 Domine quo va. *Quaſi dicat omnibus modis volo te ſequi.*

6 Reſpondit Ieſus. *Reprimendo eius preſumptionem.*

7 Quo ego vado non, &c. *Quia adhuc erat imperfectus ad tolerandum conſtanter mortem pro Chriſto, ſicut patuit per ſequentem effectum.*

8 Sequeris autem poſtea. *Quia ſin aliter pro Chriſto crucem gaudenter ſuſtinuit.*

9 Dicit ei Pe. *Propriæ fragilitatis inexpertus.*

10 Quare non poſſum, &c. *Quaſi dicat imo poſſum. Hoc oſtendit per factum.*

11 Animam meam. *Non dixit mendacium, quia pro tunc ſic cogitabat facere, antequam dimitteret Chriſtum.*

12 Reſpondit ei Ieſus. *Prædicens eius defectum.*

13 Animam tuam. *Quaſi dicat non ſic erit.*

14 Amen amen dico, &c. *Mar.14.c. dicitur antequam gallus bis Vocem dederit. Sed hanc controuerſiam ſoluit Matth.26.*

(Quæſtio de cœna dñi.) *Queritur vtrum cœna in hoc cap. deſcripta, in qua Chriſtus corpus ſuum diſcipulis ſuis tradidit in ſacramento, fuerit facta luna.14 exiſtente. Et arguitur primò ꝙ non per illud quod dicit Ioãnes in principio huius cap. Ante diem feſtum Paſchæ cuius prima dies erat luna.14. quia tunc incipiebat Paſcha ergo illa cœna de qua loquitur Ioannes, fuit ante lunam.14. Item infra.18.e. dicit Ioannes, quod Iudæi non intrauerunt prætorium Pilati, vt non contaminarentur, ſed manducarent paſcha ergo in veſpere illius diei quo paſſus eſt Chriſtus, manducauerunt agnum paſchalem, ipſi autem tenebantur ex lege comedere illum luna 14. ergo cum cœna prædicta fuerit in veſpere præcedentis diei, patet quod fuit luna.13.*

*Contrarium dicit beatus Hiero. videlicet quod Chriſtus illam cœnam fecit luna.14. & paſſus eſt luna.15. exiſtente.*

*Reſponſio. Græci dicunt, quod iſta cœna facta fuit luna.13. propter autoritates allegatas in arguendo pro iſta parte & dicunt quod Chriſtus præuidens tempus ſuæ paſſionis futurum, illa die qua immolabatur agnus paſchalis, vt immolatio agni veri correſpõderet immolationi agni figuralis, ideò præoccupauit comedere agnum paſchalem per vnum diem Et dicunt conſequenter, quod Chriſtus corpus ſuum in pane fermentato conſecrauit quia in domibus eorum non inueniebatur panis azymus vſque ad 14. lunam. Sed dictum eorum eſt contra veritatem Euangelij quia Mat.26.b. dicitur*, quod prima die azymorum acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? *Item Luc.22.a.* Venit autem dies Azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha, & miſit Petrum & Ioannem.d. Euntes parate nobis paſcha, vt manducemus. *Ex quibus patet manifeſtè, quod illa cœna fuit die azymorum, & per conſequẽs luna.14. exiſtente Et ex hoc ſequitur, quod Chriſtus conſecrauit in azymo pane, quia illo tempore non inueniebatur panis fermentatus in domibus Iudæorũ ſecundùm præceptũ legis per 7. dies, vt habetur Exo.12.c. Sed Græci in tantam veſaniam proruperunt propter defenſionem ſui dicti, quod negant textum Euangelij, dicentes alios euangeliſtas falſum ſcripſiſſe quantum ad diem huius cœnæ & propter hoc Ioannes euangeliſta qui ſcripſit poſterior, deſcribens hanc cœnam eos correxit di. Ante diem feſtum Paſchæ, &c. vt ſuprà allegatum eſt. Sed ad dictum iſtud ſequitur deſtructio totius ſacræ ſcripturæ & per conſequens totius fidei catholicæ cũ ſacra ſcriptura ſi regula fidei, ſecundũ ꝙ ſcribit beatus Aug. in epiſtola ad Hioro Si dicatur à fidelibus, quod ſcriptura in aliqua ſui parte contineat falſum, eadem ratione poterit dici ab aduerſariis fidei, quod in nulla ſui parte habeat certitudinem veritatis. Præterea fides catholica tenet euãgeliſtas ſcripſiſſe non à proprio capite, ſed ſpiritusſancti inſpiratione vnde dicit beatus Petrus ſecunda canonica.1.ca.d.* Spiritusſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines nullum, *autem falſum poteſt eſſe à ſpiritusſancto & ideò dicere quod euangeliſtæ in aliquo loco ſcripſerunt falſum, eſt erroneum. Et ideò propter prædicta dixerunt aliqui quod Chriſtus comedit agnum paſchalem debito tempore ſecundùm legem, videlicet luna.14. vt dictum eſt. Sed Iudæi circa mortem Chriſti procurandam intenti & occupati illa die non comederunt paſcha, ſed tardauerunt per vnum diem ſecundùm quod dicitur.Io.19.e. quia Iudæi non intrauerunt prætoriũ*

(Contra Græcos)

Pilati

NICOLAVS DE LYRA.

A Pilati illa die quam paſſus eſt Chriſtus, ne contaminarentur, & impedirentur à comeſtione paſchæ, vt ſupra allegatum eſt. Sed iſtud dictum nõ conſonat cum verbis Marci euangeliſtæ dicentis cap. 14. b. Et prima die azimorum quando paſcha immolabant dicunt ei diſcipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces paſcha? Ex quo videtur, quod eadem die qua alij immolabant agnum paſchalem, eadem die Chriſtus immolauit agnum, & ſic cœnam diſcipulis ſuis fecit luna 14. exiſtente. Ad primum dicendum, quod paſchale feſtum apud Iudæos incipiebat à veſpere diei in qua luna erat, 14 dies autem feſtiuus apud eos incipit à veſpere vnius diei & durat vſque ad veſperam diei ſequentis, ſecundùm quod dicitur Leuit. 23. e. A veſpere in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Et ſic dies ſolemnis Paſchæ erat luna. 15. propter quod eundem diem quem Ioannes nominauit ante diem feſtum Paſchæ, propter diſtinctionem naturalium dierum, Marcus nominat primum diem azimorum, quia à veſpera præcedentis diei incipiebant comedere azima. D Quando ergo dicitur, quod luna 14. exiſtente erat primus dies ſolemnitatis Paſchæ. Dicendum, quod non eſt verum, ſed in fine illius diei incipiebat primus dies, & durabat vſque ad veſperam diei ſequentis, & ſic prima dies ſolemnitatis paſchalis celeberrima, erat luna. 15. vt patet Leuit. 23. d. Menſe primo 14. dies menſis ad veſperam Paſcha domini eſt. Et 15. die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt. Septẽ diebus azima comedetis dies primus erit vobis celeberrimus ſanctuſque.

Ad ſecundùm dicendum, quod illud paſcha quod debebant comedere Iudæi in die paſſionis Chriſti non intelligitur de comeſtione agni paſchalis, quia illud paſcha comederant in veſpera præcedentis diei, vt dictum eſt, ſed intelligitur de panibus azymis quos debebant comedere ſeptem diebus continuis, & non debebant comedi niſi ab hominibus mundis & ideò non introierunt domum hominis Gentilis, ne impedirentur à comeſtione ipſorum.

---

ADDITIO. I.

In ca. 13. Vbi dicitur in poſt. Et cœpit lauare pedes diſcipulorũ.

Ex hoc quod pedes diſcipulorum lauabantur non ſequitur quod haberent lutoſos pedes, nec quod diſcalceati incederent. Mos enim erat vt itinerantium pedes lauarentur, vt patet Geneſ. 18. a. Vbi cum Abraham Angelos ſibi occurrentes, quos homines eſſe credebat, inuitauit, primò offerebat eis aquam ad pedes lauandum dicens. Afferam puſillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite, &c. Et ſic de aliis ſimilibus. Quæ quidem lotio principaliter fiebat in remedium laſſitudinis quæ itinerantibus ſepæ contingit.

ADDITIO II.

C In eodem capite. Vbi dicitur in poſtilla. Sed pro tanto dicitur hic mandatum nouum ab effectu, quia animam renouat.

Hæ duæ rationes aſſignatæ per Poſtil. ad hoc quod mandatum de dilectione proximi hic poſitum dicatur nouum, non videtur ſufficere. Prima enim ratio quæ ſumitur ex renouatione animæ in lege noua non videtur valere. nam renouatio animæ propriè fit per gratiam à Deo infuſam mediante virtute ſacramentorum quæ ad hoc inſtrumentaliter operatur, ſecundum quam gratiam anima dicitur noua creatura, quam quidem nouitatem etiam paruuli vſum rationis non habentes, nec per conſequens actum dilectionis in baptiſmo acquirunt. Vnde valde impropriè dicitur, quod mandatum dilectionis animam renouat, cauſalitas enim principalis huius renouationis ſoli Deo attribuitur tanquam principali agenti, ſacramento autem regenerationis tanquam inſtrumento. Vnde Auguſt. ſuper Ioan. dicit, quod tanta vis eſt aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat. Vnde ſecundùm iſtam conſiderationem propriè diceretur. Sacramentum nouum do vobis loquendo de ſacramento baptiſmi quo anima renouatur. Secunda autem ratio quam inducit ad hanc nouitatẽ ſumptam à differentia noui & vet. Teſtament. nihil videtur facere ad propoſitum, nam licet verum eſt, quod lex euangelica principalius inducit ad ſui obſeruationem per amorem quam per timorem, hoc intelligitur per amorem Dei, & ſic ſecundùm Poſtil. ad hoc deſignandum debuiſſet dicere. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis Deum, per amorem enim Dei lex Euangelica inducit ad ſui obſeruantiam. Verba etiam euangelij quæ in hoc loco nouitatem mãdati teſtantur, non faciunt in hoc mentionem de his quæ inducunt ad obſeruationem legis ſeu mandati. Vnde ad declarationem nouitatis huius mandati vlterius videtur aliquid dicendum. Ad cuius euidentiam attendendum eſt, quod ſecundùm Thom. in prima ſecundæ. quæſt. 107. ar. 4. in corpore quæſtionis. Lex noua quæ eſt lex libertatis, ſuprà præcepta addidit conſilia quæ in operatione eius cui dantur ponuntur. In veteri autem lege quæ erat lex ſeruitutis,
B non dabantur conſilia, ſed tantum præcepta quæ neceſſitatem important Vnde de duobus præceptis charitatis in quibus tota lex & prophetæ pẽdent, vt Matth. 22. d. ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis implenda in veteri lege ad plenum continentur. De primò enim dicitur Deut. 6. a. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. De ſecundo verò præcepto: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, Leuit. 19. capit. Ea verò quæ ad perfectionem impletionis prædictorum præceptorum pertinent in lege noua, ex conſiliis continentur. Quod de primo patet cum Dominus conſuluit Matth. 19. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, &c. In quo conſilio ſecundùm doctores ea quæ pertinent ad perfectionem dilectionis Dei per modum conſilij ponuntur. De ſecundo verò ea quæ pertinent ad perfectionem dilectionis proximi potiſſimè continentur in hoc quod dicit: Diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Quod ſic patet. Nam modus dilectionis Chriſti ad diſcipulos ſeu ad humanum genus attingit ſummum gradum perfectionis dilectionis proximi tripliciter. Primò, ſecundum extenſionem, quantò enim dilectio proximi ad plures extenditur, tantò videtur eſſe magis perfecta. Extendit autem Chriſtus hanc dilectionem non ſolum ad amicos vel ei coniunctos propter naturalis cognationis aut ciuilis vinculum, ſed etiam ad inimicos, pro quibus etiam in paſſione orauit, vt Lucæ 23. e. De qua extenſione docuerat apoſtolos dicens. Matthæi 5. g. Diligite inimicos veſtros. Secundò, quo ad intenſionem, quanto enim aliquid intenſius amatur, tantò facilius maiora propter ipſum contemnuntur. Contemnit autem Chriſtus propter dilectionem proximorum nõ ſolùm exteriora bona vel etiam quædam corporalia interiora exponendo corpus ſuum laboribus & perſequutiones maximas tolerando, ſed etiam animam ſuam pro eis ponendo, quod ſummum gradum perfectionis circa huius dilectionis intenſionem obtinet. Iuxta illud Io. 15. b. Maiorẽ hac dilectionem nemo habet, &c. Tertiò ſecundum effectum, quanto enim maiora bona proximis per dilectionem impenduntur tantò perfectior dilectio eſſe videtur. Largitus enim eſt Chriſtus proximis ſeu humano generi bona ſpiritualia & diuina ſupra naturam & rationẽ exiſtentia, ſcilicet doctrinam diuinorum, & ſacramentorum inſtitutionem E & huiuſmodi, quorum bonorum collatio ad ſingularem quandam perfectionem fraternæ dilectionis videtur pertinere cum per hæc bona homo vltimo fini coniungitur, in quo ſumma hominis perfectio conſiſtit, quæ quidem ſpiritualia bona cum non vni tantum vel duobus ſed toti multitudini exhibita ſunt, eſt perfectior dilectio ſecundum effectum. vnde iuxta ſententiam philoſophi. Bonum gentis perfectius eſt, & diuinius quam bonum vnius. Ex quibus manifeſtè patet, quod in hoc quod dixit Chriſtus: Diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Docuit apoſtolos dilectionis proximi perfectionem in ſummo gradu, quæ ſub conſilio cadit, non enim ad præmiſſa de neceſſitate ſalutis in quolibet caſu quis tenetur. vnde Auguſt. in Enchi. ſuper illud Matth. 5. g Diligite inimicos veſtros. Dicit: Perfectorum ſunt iſta & filiorum Dei. Ex quibus ſequitur, quod hoc mandatum propriè dicitur nouum, in antiquo enim minimè talis modus dilectionis reperitur. Si autem dicatur, quod ſecundùm hoc debuiſſet dicere: Conſilium nouum do vobis, non autem mandatum nouum, cum prædicta non cadunt communiter ſub præcepto, vt dictum eſt, ſed ſub conſilio. Ad hoc dicendum, quod licet iſta quantum ad communẽ ſtatum hominum non cadunt communiter ſub præcepto. Ad ſtatum autem Apoſtolorum ſub præcepto cadunt inquantum fuerunt deputati ad ædificationem totius vniuerſalis eccleſiæ. Iuxta illud ad Eph. 4. b. Alios quidem Apoſtolos, alios autem paſtores & doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij & ædificationem corporis Chriſti, ſcilicet Eccleſiæ. Et ideò propriè hæc verba eis diriguntur per modum præcepti, ſcilicet. Mandatum nouum do vobis, quia quod aliis communiter conſilium apoſtolis eſt præceptum, quod etiam illi modo eis congruente perfectè impleuerunt, vt ex geſtis eorum patet. Si vlterius quæratur quali- F ter conſilia ad primum præceptum charitatis pertinentia non fuerunt data apoſtolis ſub præcepto ſicut & prædicta, cum ad conſilia vtriuſque præcepti eadem ratione tenerentur. Dicendum quod huiuſmodi conſilia ſcilicet ad primum præceptum pertinentia iam obſeruabantur ab apoſtolis, vnde Matth. 19. d. Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. In abiectione enim omnium temporalium & ſequela Chriſti, perfectio diuinæ dilectionis, & per conſequens conſilia ad illud præceptũ pertinentia continentur. Iuxta illud præallegatum Matth. 19. c. Si vis perfectus eſſe, &c. Vnde non reſtabat, niſi vt informarentur de perfectione impletionis ſecundi præcepti, vt dictum eſt.

Dilectio Chriſti ad genus humanũ fuit in ſummo gradu tripliciter.

ADDITIO III.

In eodem capite. Vbi dicitur in poſtilla. Quæritur vtrum cœna in hoc cap. deſcripta.

Hæc quæſtio diſputatur & ad plenum vt credo declaratur in additione ſuper Matth. 26. c. vide ibi.

REPLICA.

In capite. 13. Vbi dicitur. Cœpit lauare pedes. Poſtillator dicit lutoſos, quia nudi pedes ibant. Burgen. ſe opponit hic ſicut Marc. 6. vide ibi correctum Quod hic ſpecialiter dicit de Abraham qui obtulit angelis pedum loturam prout dicit Geneſ. 28. a. iuncta autoritate beati Dion. 15. Angelicæ hierarchiæ, eſt contra Burgen. quia ibi dicitur angelos ſemper apparuiſſe nudis pedibus.

REPLICA.

In eodem capite. Vbi dicitur. Mandatum nouum do vobis. Po-

A ſtillator illius nouitatis dat duplicem rationem. *Vna eſt, quod dicitur nouum propter animæ innouationem. Alia, quia differentiam nouæ legis à veteri conſtituit. Burg. hic facit cauillationem contra rationem vtramque. Contra primam, quia ſacramenta innouant animam inſtrumentaliter, Deus principaliter, ideò propter innouationem animæ potius debuit dici, ſacramentum nouum do vobis. Hic dico, quod aliud eſt innouare animam effectiuè, aliud formaliter. Deus effectiuè innouat, & ad idē genus cauſæ reducitur inſtrumentum, quod etiam efficit ſuo modo, ſed gratia & charitas formaliter renouant animam. Hæc autem gratia & charitas per Deum infunduntur in baptiſmo, per quam tanquam per propriam formam meriti mandati noui fit impletio. Innouatur igitur anima effectiuè per charitatis infuſionem. Innouatur autem formaliter per mandati exequutionem quæ fieri non poteſt ſine habitu illo infuſo. Eſt igitur cauillatio. Bur. tentatiua, per tractatio etiam ſecundæ rationis eſt quædam tentatiua cauillatio. Nam differentia nouæ legis & veteris Teſtamenti eſt timor & amor. Opera enim legis erant ſeruilia, & quaſi mercenaria, opera autem gratiæ amoroſa, & ideò qui ſub lege erant, dicebantur ſerui, qui autem ſub gratia, dicuntur filij & amici. Mandata illis data fuerunt deſpotica, iſtis autem ſunt data regalia & politica, quia Deus illis mandata dedit, vt ſeruis, iſtis vt filiis, liberis & amicis, ex qua differentia bene accipitur nouitas mandati, Ea autem quæ Burgen. ponit ad declarandum mandati nouitatem. non ſunt multum probabilia. Dictum eius primum eſt, quod nouitas illa attenditur penes conſilia ſuperaddita. Nam in veteri lege vt dicit, non dabantur conſilia, ſed tantum precepta. Hoc autem dictum eſt contra literam veteris legis, quæ diſtinguit in multis locis præcepta à conſiliis. Dicitur namque. Prouerb. primo ca. Deſpexiſtis omne conſilium meum. Et ibidem tertiò c. Cuſtodi legem atque conſilium. Et ſic de aliis. Secundùm dictum Burg. eſt, quod omnia de neceſſitate ſalutis pertinentia ad impletionem

*Innouatur animadupliciter.

B præceptorum charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ, ad plenum continentur in veteri lege. Sed hoc dictum videtur contra planam literam Matth. 5. c. Vbi dicitur. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum, &c. Non intrabitis in regnum cœlorum. Vbi gloſ. Iuſtitia illorum mandata Moyſi, impletio illorum iuſtitia Chriſti, illa à pœna liberat, iſta ſaluat. Et infra: Mandatum Chriſti non eſt contrarium legi, ſed latius in ſe legem continens, qui enim non iraſcitur, non occidit, ſed non econtra, tolle iram, & homicidium non fit. Illa enim ſi præſeruabat à pœna ſenſus, non tamen à pœna damni. Ideo obſeruantia veteris legis non ſufficiebat ad ſalutem ſine expreſſione Chriſti ſuperaddita, vetera enim & noua præcepta eadem ſunt ſecundùm ſubſtantiam, ſed differunt ſecundùm maiorem & minorem expreſſionem & vtilitatem, ſecundùm beatum Auguſt. 16. de ciuitat. Dei cap. 26. & primo retra. cap. 12. Tertium dictum Burgen. eſt quod ea quæ ad perfectionem impletionis præceptorum pertinent, in leg. noua in conſiliis cōtinentur. Sed hoc videtur falſum, nam ſtat aliquem perfectiſſimè Deum diligere, qui tamen non vendidit omnia ſua, & dedit pauperibus, prout exemplificat beatus. Auguſtin. primo de ciuita. Dei capi. 10. de Paulino Epiſcopo Nolenſi. & Burg. idem vult ſuprà cap. 12. in corruptorio primo. Idcirco ſine obſeruantia conſiliorum Chriſti poteſt quis eſſe perfectus Dei amator.

D Dei amator. Cæterum ſi perfectio obſeruantiæ dilectionis proximi potiſſimè continetur in eo quod hic dicitur. Diligatis inuicem ſicut dilexi vos, Prout Burgen. dicit, tunc ſequitur illud fore dictum per modum conſilij, cum tamen dicatur in litera: Mandatum nouum. Sed Burg. hoc volens euadere dicit, quod debet intelligi ſolis Apoſtolis mandatum, communitati autem fidelium conſilium ſit. Sed hoc videtur irrationabiliter dictum, & in nulla ſcriptura fundatum, ſed fundatur ſuper falſa imaginatione. Imaginatur enim, quod Chriſtus dilexit nos in ſummo gradu perfectionis, intenſiuè, extenſiuè, & effectiuè, ad quem gradum diligendi, quia non poteſt homo de communi lege pertingere, idcirco Chriſtus eum non præcepit, non enim Chriſtus præcepit alicui impoſſibile. Habet igitur vt dicit Burgen. vim conſilij, non præcepti, cum dicitur: Diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Sed idem argumentum eſt de Apoſtolis, ſicut de aliis, nemo enim ex eis ad ſummum gradum perfectionis pertingere potuit intenſiuè, extenſiuè, & effectiuè. Oppoſitum enim huius damnatur in clementinis, ad noſtrum de hæreticis. Vnde etiam neque Apoſtolis eſſet mandatum pari ratione qua cæteris non mandatum, cuius tamen oppoſitum dicit Burgen. Pro Burgen. igitur & ſuorum imitatorum deſolatione dico, quod Burg. deceptus eſt, putans eſſe ſimilitudinem currentem quatuor pedibus. Secundùm enim eundem Burg. in multis locis, nulla ſimilitudo debet vniuerſaliter accipi, quia iam non eſſet ſimilitudo, ſed identitas idcirco particulariter accepta hæc ſimilitudo. Sicut dilexi vos: Non cogit Burgen. ad dicendum manifeſtum præceptum fore conſilium. quia non ſequitur. Diligatis ſicut dilexi: Sed ego dilexi in ſummo gradu perfectionis, igitur & vos, ſicut non ſequitur, ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia, ita intellectus ad intelligibilia, ſed ſenſus percipit ſua ſenſibilia materialiter ergo intellectus intelligibilia, totum antecedens eſt verum, conſequens impoſſibile. Sicut enim vniuerſaliter accipiendo ſimilitudines, multi lapſi ſunt in periculoſos errores. Ita & Ioachim Abbas arguebat ex illa ſimilitudine: Pater oro, vt fideles ſint vnum, ſicut ego & tu vnum ſumus, ſed fideles non poſſunt eſſe vnum, niſi collectiuè, ergo perſonæ diuinæ non ſunt in communi eſſentia, ſed collectiuè, qui error damnatur extra de ſum. Trinit. & ſi. cathol. damnamus. Vnde beatus Gregor. aliter exponit illud mandatum quam Burgen. Dicit enim. Diligite inuicem, ſicut ego dilexi vos. Hoc eſt, amate inuicem ad quod amaui vos: Sic igitur accipitur ſimilitudo quo ad terminum amoris, quia amor Dei erga nos ordinatur ad gratiam & gloriam, ita & noſter amor inuicem, etiam quāuis ſecundum intenſiuum modum non eſt nobis poſſibile Chriſto aſſimilari in dilectione, tamen in extendendo ad omnes etiam hoſtes, poſſibile eſt, immo non difficile, quia de diligendis inimicis nemo vnquam in veritate poterit ſe excuſare, vt vult beatus Auguſt. in ſermone communi. Eſt igitur præceptum charitatis ſic extenſum nouum & leue reſpectu proximi, multo autem leuius reſpectu Dei, quia voluntas ſequendo rectā rationem in Deo nihil reperire poteſt niſi diligibile, quia non niſi bonum immo optimum per conſequens ſuper omnia diligendum. Oportuit igitur Burgenſ. alium habere reſpectum quando circa 20. capit. Exod. Dicit præceptum de dilectione eſſe arduiſſimum. Vide ibi.

Similitudo identitas.

E

Error abbatis Ioachim.

---

## CAPVT. XIIII.

☞ a C ET ait diſcipulis ſuis. Sequitur. Non turbetur cor veſtrum. &c. AVGVSTINVS. Ne autem mortem tanquam hominis timerent, & ideò turbarentur, conſolatur eos, ſe etiam Deum eſſe dicens. Ne autem iterum ſibi timerent, quaſi ab eo perituri: cùm confidentiori Petro dictum ſit, negabis, certificantur poſt tentationes ſe apud Deum cum Chriſto manſuros eſſe, quia etſi F differentes, nullus tamen alienabitur à domo in qua quiſque habet manſionem pro merito. Per denarium quidem omnibus ſignificatur vna & non diuerſa viuendi in æternitate menſura. Per manſiones ſignantur diuerſæ dignitates in eadem æterna vita, quia alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum. 1. Cor. 15. f

-Et ait diſcipulis ſuis

## CAP. XIIII.

a ET ait diſcipulis ſuis: 1

tationes

☞ a In domo

---

## NICOLAVS DE LYRA.

## CAPVT. XIIII.

❁ 1 ET ait diſcipulis ſuis. Poſtquam ergo Chriſtus confortauit diſcipulos ſuos exemplis, hic confortat eos verbis. Et diuiditur in duas, quia primò confortat eos contra deſolationem ipſorum de Chriſti morte. Secundò contra deſolationem in tribulatione poſt mortem Chriſti eis imminente, capit. ſequent. Ego ſum vitis vera. Prima in duas, quia primò conſolatur diſcipulos de ſua morte, rationibus ſumptis ex parte diſcipulorum remanentium. Secundò rationibus ſumptis ex parte Chriſti dimittentis eorum conſortium, ibi: Non turbetur cor veſtrum. Prima in tres quia primò conſolatur remanentes promittendo eis acceſſum ad patrem per ipſum. Secundò, promittendo eis ſpiritusſancti donum, ibi: Si diligitis: Tertiò promittendo eis ſuum reditum, ibi: Non relinquam vos. Prima in tres, quia primò proponit intentum. Secundò, manifeſtat propoſitum, ibi: Et quo vado ſcitis. Tertiò dubium remouet, ibi: Dicit ei Philippus. Circa primum ſciendum quod prædixerat eis Iudæ proditionem, & Petri negationem & ſui abſentiam & mortem, quæ omnia erant eis turbationis materia. Ideo dicit.

Diuiſio.

❁ 1 Non tur-

---

M O R A L I T E R.

† 1 Et ait diſcipulis ſuis. Quoniam immediatè ante dixerat Petro, ter me negabis, timuerunt alij, ne ſimile cōtingeret eis. Qui licet non negauerunt verbo, tamen quodammodo contigit facto, Chriſtum in ſua captione fugientes, ideo ne deſperarent de ſalute dixit eis.

Suprà 13. d. Matth. 26. f

† Non tur.

¶ Autem. a ¶ Pro morte mea carnis,quia Deus ſum qui ſuſcitabo carnem.
b ¶ Quia ſi creditis in Deum,conſequitur vt & in me,quia ego Deus ſum.
Non turbetur cor veſtrum † creditis in Deum, & in me cre- 1
a ¶In iuſtis. b ¶Diuerſa premia meritorum. ¶Si non eſſet. 2
¶ Id eſt,ſi in aliquo.
a dite. † In domo patris mei manſiones multæ ſunt.† Si quo 3
b a ¶ Si non eſſent paratæ vel prædeſtinatæ,ſed eſſent præparandæ vel prædeſtinandæ tunc vado &c. 4
¶Vadit parare:non vt paratæ ſunt,ſed vt ſint parandæ,illud negat, hoc affirmat.
c minus dixiſſem vobis, quia vado parare vobis locum. Et ſi 5
a ¶ Apparebo in iudicio. 6
abiero, & præparauero vobis locum, iterum † venio & 7

a *In domo.* Domus Dei,templum Dei,regnum Dei.Regnum
A cœlorum,ſunt homines iuſti,in quibus ſunt multæ differentiæ inter ſe.Et hæ ſunt manſiones ipſius domus.Hæ autem iam pa-
Epheſ. 1.a. ratæ ſunt in prædeſtinatione, ſicut ait Apoſtolus: *Qui elegit nos*
Rom.8.a. *ante mundi conſtitutionem prædeſtinando.* Paradæ ſunt in operatio-
Eccl.3.c. ne, vnde: *Quos prædeſtinauit hos & vocauit*
Matt.13.f. *& iuſtificauit & magnificauit.* Et ſecundũ hoc dicitur: *Fecit Deus quæ futura ſunt,*
†De pœ.di. 4.c.in domo. id eſt, *quæ facturus eſt.*

✠ GREGORIVS. *In domo patris mei*
Moral.lib. 4.c.31. *manſiones multæ ſunt.* Sed in eiſdem multis manſionibus,erit aliquo modo ipſa retributionum diuer
B ſitas aliquo modo concors, quia tanta vis amoris in illa pace nos ſociat vt quod in ſe quiſque non acceperit,hoc ſe accepiſſe in alio exultet, vnde & non æquè laborantes in vinea, æque
Matth. 20. cuncti denarium ſortiuntur,& quidem apud patrem manſiones multæ ſunt, & tamen eundem denarium diſpares laboratores accipiunt,quia vna cunctis erat beatitudo læticiæ,quamuis non vna ſit omnibus ſublimitas vitæ. Paruum & magnum in hac luce conſpexerat,qui ex voce capitis dicebat: *Imperfectum meum*
Pſal.138. *viderunt oculi tui & in libro tuo omnes ſcribentur.* Paruum & ma-
Pſal.130. gnum conſpexerat cum dixerat: *Benedixit omnes timentes ſe dominus puſillos cum maioribus.*

✠ THEOPHYLACTVS. Per domum poteſtatem & principatum intelliges. Si autem defuiſſent domus ego iuiſſem & paraſſem vobis,& ita vtrinque non oportet vos turbari. Siue ſint paratæ ſiue non ſint, nam etſi paratæ eſſent, ego omni ſtudio præparaſſem vobis.Si autem non & propter hoc vt præparem vobis locum iuiſſem & neque ſic reliquiſſem vos,ſed ſu-
C ſcepiſſem,vt *vbi ego ſum & vos ſitis.*

Ibidem AVGVSTINVS. Modo iuſti ſunt regnum Dei & regnum cœlorum, vt dicitur: Colligent de regno eius omnia ſcandala.Sed & de eiſdem dicitur: *Fulgebunt iuſti ſicut ſol in re.pa. eorũ,* D
id eſt, *regnum in regno.* Quod etiam oratur. Adueniat regnum Ibib. 6.b.
tuum. Et in fine: *Percipite regnum*, id eſt, qui regnum eratis & Ibid.25.c.
non regnabatis,modo regnate, quod eratis in ſpe ſitis in re.

b *Si quo minus dixiſſem vobis,quia vado.* Id eſt, ſi non prædeſtinaſſem manſionem quod eſt inconueniens quantum ad Deum, qui omnia bona ante omnia tempora prædeſtinauit, tunc modo præpararem,id eſt, prædeſtinarem, quod iterum eſt inconueniens, quantum ad Deum præſentialiter aliquid prædeſtinare.

† Credite in Deum & in me credi-tis vel cre-ditis in Deũ & in me cre ditis vel cre dite in Deũ & in me credite.
† Si minus alioqui
† venturus ſum

AVGVST. Confirmat eſſe, quia ſi non eſſent dixiſſet, ibo
E & parabo, id eſt, prædeſtinabo, ſed quia iam ibi ſunt, non eſt opus aliqua parare.Quia verò nondum ſunt in operatione,addit: *Et ſi abiero & præpa.* Abiens ſed non relinquens parat, quia ſubtrahit ſe & latet,vt ſit fides,quæ non eſt de re viſa,& inde eſt meritum fidei.Ex hac viuit iuſtus,& mundatur ei cor, dum pe-
Abac.2.a. regrinatur,& in ea deſideratur quod nondum habetur. Et hæc eſt præparatio manſionis, quia ſic parat nos ſibi & ſe nobis vt maneat in nobis,& nos in eo quantum quiſque erit particeps eius plus vel minus pro diuerſitate meritorum.Et hæc multitudo manſionum eſt.

c *Et ſi abiero.* AVGVST. Abiit latendo, venit apparendo, ſed manet regendo, vt proficiamus bene viuendo, & ſic paratur locus.

AVGVSTINVS. Fides quæ non videt credit, nam ſi videret non eſſet fides, credenti colligitur meritum, eunti redditur præmium.Erat ergo Deus & paret locum, eat ne videatur, lateat vt credatur.Tunc enim locus paratur,ſi ex fide iuuatur cre-
F ditus. Deſideretur, vt deſideratus habeatur. Deſiderium dilectionis,præparatio eſt manſionis.

☞ *Et quo*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Non turbetur cor veſtrum. *Propter prædicta. Quod autem aliqui libri habent hic:* Neque formidet. *Non eſt de textu,ſed infrà eo. ca.ponitur,vt videbitur.*

2 Creditis in Deum. *In quo exprimit ſuam deitatem manifeſtè, aliter conſequentia non valeret.*

3 In domo. *Domus patris hic vocatur gloria cœleſtis, in qua ſunt multi gradus & diſtinctiones, quia quamuis ſit idem obiectum beatitudinis nullam diuerſitatem habens, tamen ex parte beatorum eſt diuerſitas in participando iſtud obiectum ſecundùm varietatem meritorum,quia aliqui vident aliis clariùs & fruuntur perfectiùs, ſecundùm maiorem habitum charitatis qui facit animam capacem obiecti beatitudinis.*

4 Si quo. *Quaſi dicat, ſi in cœleſti beatitudine eſſet aliquid minus vel defectuoſum,dicerem vobis.*

5 Quia vado. *Sed non eſt neceſſe,quòd vadam ad præparandum,quia in Deo eſt bonitas perfecta æternalis,& etiam immutabiliter & multipliciter participabilis à beatis. Numerus etiam electorum & terminus meritorum,eſt æternaliter & immutabiliter prædeſtinatus, & ſic totum paratum eſt ab æterno,ſecundùm quod dicitur Matt.25.c.Poßidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Sed huic expoſitioni videtur repugnare quod ſequitur:* Et ſi abiero,&c. *Ergo videtur quod iret ad præparandum.Dicendum,quod beatitudo vel locus ipſius non indigebat aliqua præparatione, vt dictum eſt, & ſic loquitur ſaluator in litera præcedenti,ipſi autem electi indigent præparatione ad hoc quod non poßint beatitudinem conſequi, quia licet ſint ab æterno prædeſtinati,tamen beatitudinem non conſequuntur, niſi mediante gratia quæ datur temporaliter in præſenti.Quando ergo dicit ſaluator.*

6 Si abiero. *Non eſt intelligendum quod in gloria cœleſti aliquid aſcendendo præparauerit,ſed quia per aſcenſionem ſuam donum ſpiritusſancti fidelibus miſit, per quod præparantur ad conſequutionem beatitudinis.*

7 Iterum venio & accipiam vos. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui hæretici,quod electi non aſſumuntur ad gloriam vſque ad diem iudicij, & tunc primo aſſumentur quando Chriſtus veniet iterum in forma* Error
*humana, ſecundùm quod dicitur Act.1.b.* Hic Ieſus qui à vobis aſſumptus eſt, ſic ve.&c. *Sed hoc eſt expreßè contra dictum apoſtoli Phil.1.c.* Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto. *Et 2.ad Cor.5.a.* Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra habitationis huius diſſoluatur, habemus domum non manufactam in cœlis. *Ex quibus patet,quod anima exuta à corpore non habens impedimentum culpæ vel pœnæ temporalis debitæ,ſtatim euolat ad gloriam. Hoc etiam patet ratione,quia talis anima per gratiam quam habet digna eſt gloria,& non habet impedimentum propriæ perſonæ, nec totius naturæ, quia illud impedimentum per Chriſti mortem fuit ablatum. Et ſic intelligitur præparaſſe beatitudinis locum inquantum per mortem ſuam amouit impedimentum naturæ, & aſcendens ad cœlos, miſit donum gratiæ,quæ ambo erant neceſſaria ad conſequutionem gloriæ.*

*Sciendum igitur ad intelligendum verbum Chriſti, cum dicitur:* Iterum venio, &c. *Quod Chriſtus dupliciter venit ad accipiendum fideles.Vno modo,ad accipiendum eos ad beatitudinem animæ, & ſic quotidie venit ad eccleſiam,accipiendo à corporibus animas ſanctas, & transferendo ad gloriam.Iſte tamen aduentus non eſt in præſentia corporali.Alio modo veniet in fine mundi corporaliter ad aßumendum fideles ad beatitudinem animæ & corporis ſimul.Et quantum ad hoc verum eſt verbum illorum,quod fideles non aſſumuntur ad beatitudinem vſque ad diem iudicij intelligendo de beatitudine corporis & animæ ſimul.Hoc tamen eſt intelligendum de communi lege, quia aliqui ſancti ex priuilegio ſpeciali ſunt iam in beatitudine æterna anima & corpore,quia ſaltem hoc piè credit de beata virgine.*

Chriſtus venit dupliciter ad accipiendum fideles.

✠ Vt vbi

## MORALITER.

✝ 1 *Non turbetur cor.* Quaſi dicat,poſt lapſum remanet vobis pœnitentiæ remedium, per quod lapſus aliquando reſurgit ad æqualem vel maiorem gratiæ gradum, & per hoc omnibus lapſis Chriſtus dedit ſpem ſalutis.

3 *In domo patris mei manſiones.* GREGORIVS. Hac ratione conueniunt manſiones multæ cum denario diurno,quia etſi alter minus,alter amplius exultat, omnes tamen vnum gaudium conditoris ſui viſione lætificat.

✝ *Ego ſum*

A a *Et quo ego vado.* Hoc dictum eſt ſecundùm quoſdam qui ſciebant & filium & patrem. Thomas verò etſi putaret ſe neſcire, conuincitur per hoc quod ipſum nouit, & viam ſcire & vitam, id eſt, filium & patrem. De iſtis ſcientibus ſubditur: Amodo cognoſcetis eum per me cognitum, & vidiſtis eum in corde, dum me per omnia ſimilem ei vidiſtis. Sed alij erant (de quibus eſt Philippus) neſcientes, & ſi ſcirent iſtum filium, illum patrem, non putabant filium ex toto ſimilem, ſed patrem meliorem, & ita nec patrem, nec filium ſciebant. Quo animo Philippus dicit: *Oſtende nobis patrem, & ſufficit.* In quo ſufficientia, & non in te. Vnde increpatur nec filium ſcire.

† 8.diſ.ſi cōſuetudinem De pœ.diſ. 2 c. ſi enim §.vnde Dauid

Ioan.14.b.

B b *Dicit ei Thomas.* Quo & qua itur, dixit eos ſcire qui modo mentitur, ſed Thomas dicit eos vtrumque neſcire, neſciens eos ſcire, ſed Chriſtus conuincit eos ſcire, quia ſi eum ſciebant, & ipſe eſt via, viam ſciebant, & ſi ipſum ſciebant, & ipſe eſt veritas & vita, tunc ſciebant veritatem & vitam ad quam vadit, ipſe ergo per ſe viam, ad ſe veritatem & vitam & ad patrem, quia cum patre vnum eſt vadit. Nos pro quibus dicit: *Nemo venit ad patrem niſi per me.* Per ipſum ad ipſum & ad patrem vadimus. Cum Chriſtus ſit Deus & homo, ſecundùm hominem venit ad homines, & ſecundùm hominem glorificatum redit ad ſe Deum, qui eſt cum patre vna veritas & vita. Sic & ſui in glorificatione venient ad ipſam veritatem viam & vitam & tam ſibi quam illis eſt via per obedientiam, vnde: Propter quod exalta. illum, d. &c.

Suprà 6 g.

C

c Ego

a ¶ Introducam in manſiones vt maneatis perfruendo. ¶ Sed ne quærant vbi ſit hoc, ſubdit, quo id eſt, ad patrem. Et nota quod ibi eſt vt Deus, & illuc vadit vt homo, cum ſit vna perſona Deus & homo.

a accipiam vos ad meipſum, vbi ego ſum, & vos ſitis. Et quo 1
¶ Id eſt, me ad ipſum. 2
b ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Dicit ei Thomas. Domine, ne- 3
ſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire? Dicit ei 4

a ¶ Via ſine errore quærentibus, veritas ſine falſitate inuenientibus, vita ſine morte permanentibus. ¶ Et cum ſim via. b ¶ Veſtrum e ¶ Cum quo ſum veritas & vita.

c Ieſus: † Ego ſum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem 5
6
¶ Viam. a ¶ Qui idem ſum cum patre.
d niſi per me. Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique co- 7
8
a ¶ Non tamen oculis corporeis.
e gnouiſſetis, & amodo cognoſcetis eum, & vidiſtis eum. Dicit 9
10
f ¶ Non intelligens iſtum omninò ſimilem patri. a ¶ Q.d. Qui maior te eſt. b ¶ Quia in eo ſufficientia erit nobis. 11
ei Philippus. Domine, oſtende nobis patrem, & ſufficit no- 12
bis. Dicit ei Ieſus: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non 13
a ¶ Quia nec filium nouit qui patrem meliorem credit. b ¶ Verè me non nouiſtis, quia ſi me nouiſſetis & patrem. 14
c ¶ Spiritualibus oculis. 15
cognouiſtis me? Philippe qui † videt me, videt & pa- 16
17

D c *Ego ſum via, veritas, & vita.* ✠ Hieronymvs. Quæſtio videtur eſſe difficilis, quomodo mortui vitam non viderent quæ ſic ſoluitur, tandiu eos vitam non videre, quandiu mortui ſunt. Quomodo ſi dicamus cæcus non videt lumen quamdiu cæcus eſt, ſi autem receperit ſanitatem lumen aſpiciet. Si & qui iniquitate mortuus eſt atque peccatis antequam viuificetur iuſtitia atque virtutibus per eum qui dicit: *Ego ſum vita.* Viuere non poteſt vnde & Deus viuorum dicitur non mortuorum.

Comm. in Eſd. libr. 8. c.17.

d *Si cognouiſſetis me.* Quia dixerat, nullū venire ad patrem, niſi per ſe, qui eſt inſeparabiliter idem cū patre, ne quærerent quis eſt pater, oſtendit ex ſe noto noſci patrem, quod nondū quidam cognouerant, quos arguit dicens: *Si cognouiſſe.* ✠ Theophyl. Quomodo ſuperius dixit: *Quo vado ſcitis*, hoc eſt, me, hoc autē loco dicit: *ſi cognouiſſetis me, & patrem meū vtique cognouiſſetis.* Non ſunt hæc contraria, nam ſciuerunt quidem patrem, ſed non vt oportebat, nam vt Deum quidem ſciuerunt, vt patrem autem nondum, at vbi poſtea venit ſpiritus, omnis ei data eſt ſcientia, quod igitur dicit hunc ſenſum habet ſi cognouiſſetis meam ſubſtantiam & dignitatem, & patri quoque cognouiſſetis.

Philip. 1. b.

E

† vidit me vidit

e *Et vi. eū.* Vt de duobus omninò ſimilibus dicitur: Si iſtum vidiſti, illum vidiſti, viderant ergo quam ſimilimum filium, ſed monendi erant, vt talem etiam patrem intelligerent, & non diſſimilem.

F

f *Dicit ei Philippus, &c.* ✠ Theophylactvs. Audiens Philippus

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt vbi. Dicit: ego ſum. *Quia ante paſſionem ſuam iam erat beatus perfectè inquantum Deus, & inquantum homo quo ad animam.*

2 Et quo ego vado. *Hic manifeſtat quod dixerat, ſcilicet, quod per ipſum habebant acceſſum ad patrem, quia ipſe eſt via ſecundùm humanitatem, & pater eſt terminus, ipſe autem de vtroque inſtruxerat. Ideò dicitur:* Et quo ego vado ſci. *Scilicet, ad patrem.*

3 Et viam ſcitis. *Via per quā iuit Chriſtus fuit mors ipſius, ipſe autem Chriſtus vel ſequela ipſius, quod pro eodem hic accipitur, eſt via per quam alij veniunt ad patrem, & de his omnibus diſcipulos inſtruxerat. licet non intellexiſſent ad plenum, propter quod ſubditur.*

Credite

4 Dicit ei Tho. Do. neſ. quo va. &c. *Et ſic negat ſe ſcire vtrumq; ſcilicet, viam & terminum, propter quod videtur dictum eius verbo Chriſti eſſe contrarium. Dicendum, quod non eſt inconueniens vnum & idem ſciri & ignorari diuerſimodè. Cognitio enim humana procedit de imperfecto ad perfectum vt habetur 1. Phyſico. & ideò illud quod ſcitur in generali & confuſè, bene ignoratur in particulari & determinatè. Sic erat in propoſito, quia Chriſti doctrinam in quodam generali & confuſo acceperant, & ſic Chriſtus dixit eos ſcire. Determinatè autem & perfectè adhuc neſciebant, & ſic Thomas negauit ſe ſcire, propter quod Chriſtus magis explicat in particulari.*

5 Ego ſum via. *Secundùm humanitatem, quia ea quæ geſſit in humanitate, ſunt via perducens nos ad gloriam.*

6 Veritas & vita. *Licet enim Chriſtus inquantū homo ſit vita beatitudinis, vt dictum eſt, tamen inquantum Deus, eſt beatitudinis terminus, ſicut & pater, quia eadem eſt eſſentia & bonitas amborum, in cuius viſione clara & perfecta fruitione conſiſtit beatitudo & ideò dicitur veritas, ratione viſionis, vita ratione fruitionis. Et quod ſit via ratione humanitatis oſtendit dicens.*

7 Nemo ve. ad pa. niſi per me. *In me credendo & opere imitando. Quod etiam ſit terminus beatitudinis ſicut & pater oſtendit, dicēs.*

8 Si

8 Si cognouiſſetis me. *Perfectè quantum ad deitatem.*

9 Et pa. meum vtique co. *Quia pater & filius vnū ſunt in deitate.*

10 Et amo. cog. *Id eſt, à tempore paſſionis, quia poſt paſſionem immediatè aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, vt habetur Luc. vlt. g. & extunc habuerunt pleniorem cognitionem de myſterio trinitatis.*

11 Et vidiſtis eum. *Quia videndo Chriſtum viderunt ſuppoſitum filij, in quo eſt natura diuina, quæ eſt idem quod pater, & ſic in filio quodammodo patrem viderant.*

*Aliter exponitur:* Vidiſtis eum. *i. audiſtis. vt habetur Exo. 20. c. Populus videbat voces vbi accipitur videre, pro audire. Si quæratur vbi populi audierant vocem patris? Dicendum, quod audierant cum reſpondit Chriſto. Clarificaui, & iterum clarificabo, ſicut prædictum eſt cap. 12. e. Aliqui etiam illorum vocem patris audierant in transfiguratione, ſcilicet, Petrus, Iacobus, & Ioannes, vt habetur Matt. 17. a.*

12 Dicit ei Philip. *Hic Chriſtus remouet dubium ex verbis ſuis exortum. Et diuiditur in duas, quia primò remouet dictum dubium, ſecundò probat propoſitū, ibi:* Verba quæ ego. *Dixerat enim, quod apoſtoli cognouerant patrem & viderāt, ideo credidit Philippus quod pater poſſet videri oculis corporalibus ſicut & filius ideo ſtatim dixit.*

13 Domine oſtende nobis patrem, & ſuf. *Quaſi dicat, credo verbo tuo, ſed patrem videre deſidero.*

14 Dicit ei Ieſus. *Oſtendendo qualiter pater videtur, quia non videtur oculis corporalibus, nec oculis mentis viſione intuitiua in hac mortali vita niſi à Chriſto homine. Ideo ſequitur.*

15 Tanto tempore vobiſcum ſum. *Quaſi dicat, magna ruditas eſt, quod tandiu doctrinam meam audiſtis, & adhuc ita parum me conoſcitis ſecundùm deitatem.*

16 Philippe qui videt me. *Secundùm deitatem.*

17 Videt & patrem meum. *Sicut enim pater non videtur niſi in beatitudine, ſic nec filius in ſua deitate, quia illa viſio eſt merces. Et*

✱ *quia talis*

## MORALITER.

5 *Ego ſum via, veritas, & vita.* Hilarivs. Non enim nos in erratica atque in inuia deduxit ille qui via eſt, neque illudit per falſa

falſa qui veritas eſt, neque in meritis reliquit horrorem qui vita eſt.

15 *Tanto tempore vobiſcum ſum.* Hoc poteſt dici multis ſecula-

ribus

Philippus quod & prophetæ corporibus in oculis vidiſſent
A Deum,deſiderabat & ipſe illum videre corporaliter, ignorans quod illa contingerint prophetis per condeſcenſionem. Igitur Chriſtus docens Philippum, quod non ſit poſſibile Deum videri corporalibus oculis dixit, *Tanto tempore vobiſcum ſum & non cognouiſtis me?* Vide quia non dixit, non vidiſti me, *ſed non cognouiſti.* Abducens Philippum ab humili ſenſus quo deſiderabat patrem videre corporaliter. Scientia enim de Deo dicere vult, dicitur nō
B corporalis aſpectus.

† Credite

† Supra 5.f.

a *Quomodo tu dicis.* Et cum omninò ſimilis. *Quomodo tu di.* Q.d. video quo animo dicas, non quæris alterum ſimilem, ſed putas meliorem.

b *A meipſo.* Quia non ſum à meipſo qui loquor, ei tribuit quod facit, de quo eſt ipſe qui facit.

c *Non creditis quia ego in patre.* ✠ THEOPH. In patre eſt filius, ſecundùm quod in ſubſtantia illius apparet, & rurſus pater in filio, ſicut rex in imagine ſua apparet, & imago in rege, vnus enim character imaginis & regis.

Comment. in Iſai. li. 8. cap. 17.

✠ HIERONYMVS. Cum dicat filius ergo in patre & pater in me, extra patrem non nouimus filium quia in patre cognoſcimus eum, Deúmque & nomen illius nominamus dicentes in oratione dominica: *Pater noſter qui es in cœlis.*

C d *Qui cre. in me.* Ego & pater indifferenter operamur. Et quicunque credit in me (ne de ſolis apoſtolis hoc acciperetur) opera quæ ego facio per me, ipſe faciet, id eſt, ego facio in eo vel per eum, & etiam maiora. Et quòd non ille faciet, ſed ipſe in eo oſtendit, quia va. ad pa. & quod pe. patrem in no. meo hoc faciam,

a ¶ Non quia aliud ſit filius: aliud pater, ſed quia omnino ſimilis. b ¶ Quod ſi nondum credere & videre potes.

a trem, Quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem? Non credis, 1

a ¶ Cur ergo inſeparabiles ſeparatim vis noſcere. 2

quia ego in patre & pater in me eſt? Verba quæ ego loquor 3

a ¶ Sic eſt æqualis alter alteri, vt tamen alter ex altero.

b vobis, à meipſo non loquor. Pater autem in me manens ipſe 4

¶ Et cum facit in me, non creditis, quia e. in p. Hic oſtenditur non ſolus Philippus arguendus.
¶ Quod ego in patre & pater in me eſt, ſi enim ſeparati eſſemus, nullo modo inſeparabiliter operari poſſemus.

c facit opera. † Non creditis, quia ego in patre, & pater in me 5

eſt? † alioquin propter opera ipſa credite*. Amen, amen di- 6

a ¶ Ecce fides quæ operatur per dilectionem. b ¶ Non ergo credit 7 qui non facit. c ¶ Prius ego poſt ipſe quia ego facio, vt ipſe faciat.

d co vobis, qui credit in me opera quæ ego facio, & ipſe faciet,

e f & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Et quod- 8

a ¶ Ad ſalutem alia propitius dat, iratus non daret. ¶ Hoc addit ne putetur quod 9 promiſerit ſine patre facturus. ¶ Statim vel poſt. 10

g cunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt

ciam, prius facio, vt poſtea faciat. D

Supra 13.b.

e *Opera quæ ego facio.* Non tamen ex ſe, ſed ex me. *Non eſt ſeruus maior domino.* Ipſe enim ſine eis multa, illi ſine eo nihil, niſi peccatum.

-Non

Luc. 8.f. Act. 5.c.

f *Maiora horum.* AVGVSTI. Quia ſi ipſe fimbria, Petrus vmbra ſanauit. Velopus eius eſt, quod per ſe loquitur, & doce tali quos, diſcipulis verò loquentibus plures crediderunt. Vel quę ego facio, id eſt, fidem, & ipſe faciet, quia ego prius, poſt ipſe, & maiora horum quæ ego ſi- E ne eo. Alia enim opera facit in nobis, vt faciamus nos, id eſt, credere vnde iuſtificatur impius. Alia ſine nobis, vt quod tunc prædicabat verba iuſticię. Et de his dicit quæ tunc agebat, & non de omnibus vniuerſaliter operibus. Vel quod facit in nobis, non ſine nobis, maius eſt omnibus quæ ſine nobis facit, vt quod ex impio fit iuſtus, maius eſt omnibus cœlo & terra, &c. Quia illa tranſibunt, hoc manebit. Et in illis eſt tantũ opus Dei, in iſtis imago Dei. Sed etſi angelos fecit, maius videtur impios iuſtificare quam iuſtos creare quia ſi vtrumque æqualis potentiæ, hoc eſt maioris miſericordiæ.

*mihi

g *Et quodcũque petieritis patrem meum in nomine meo, hoc faciam.* F
✠ THEOPHYLACTVS. Per petitionem enim & orationem & inuocationem nominis eius mira operari quis poterit. Ita & Apoſtoli: *In nomine Ieſu Criſti ſurge & ambula.* Idcircò non dixit quæcunque petieritis obſecrabo patrem, & faciet, ſed ego faciam, ſuam poteſtatem declarans, vt glorificetur pater in filio.

Si diligitis

## NICOLAVS DE LYRA.

*quia talis non eſt homini concedenda in via, ideo ſubdit.*

1 Quomodo tu dicis oſtende no. pa. *Quia oculis corporalibus non eſt viſibilis, cum ſit ſpiritus, vt ſuprà dictum eſt cap. 4.d. nec oculis mentalibus videtur in præſenti, vt dictum eſt & ideò debet ſufficere habere notitiam fidei de eo, propter quod ſubditur.*

2 Non credis quia ego in pa. *Quaſi dicat, iſtud debes credere, & hoc ſufficit tibi ad ſalutem.*

3 Verba quæ ego lo. *Remota dubitatione Philippi per hoc quod in præſenti de patre & filio non habetur notitia niſi fidei, hic conſequenter oſtendit, quod debeant credere, & hoc declarat tripliciter. Primò per ſuam doctrinam, quæ erat autentica, quia ſicut lingua Chriſti ab anima mouebatur ad loquendum de conceptu animæ, ſic anima eius in omnibus regulabatur ab ipſa deitate, & ideò verbum eius in nullo deuiare poterat à veritate, propter quod tali doctrinæ debebant firmiter aſſentire, & hoc eſt quod dicitur* Verba quæ ego lo. *Id eſt, ab humanitate tantùm, ſed à deitate modo prædicto. Hoc etiam patet ex mundicia & proſequutione doctrinæ Chriſti, quia non poteſt eſſe maior, intantum quod etiam ſine miraculis dignum eſſet ei credere. Secundò hoc probat per opera diuinitus facta ad teſtimonium veritatis doctrinæ Chriſti, quæ ſunt efficaciſſimum argumentum veritatis, vt frequẽter patuit ex ſupradictis, & hoc eſt quod dicitur ſunt.*

4 Pater autem in me manens, ipſe facit opera. *Filius enim & pater ſunt vnum in virtute, operatiua ex qua fiebant miraculoſa opera.*

5 Non creditis, quia ego in pa. *Qualiter pater ſit in filio, & è conuerſò, dictum eſt ſuprà c. 10.*

6 Alioquin pro. &c. *Q.d. ſi verba non inducunt vos ad credendum opera miraculorum totam naturæ virtutem tranſcendentia debent vos ad hoc inducere. Tertiò probat hoc idem ex operibus quæ fecit, Chriſtus per apoſtolos, quia non ſolùm in propria perſona miracula fecit, ſed etiam per apoſtolos, & per hoc patet quod virtus perfecta faciendi miracula, erat in Chriſto, inquantum non ſolum per ſe, ſed etiam per homines ſimplices & illiteratos miracula faciebat, & hoc eſt quod dicitur.*

7 Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio. *Et bene dicit? Qui credit, quia ſicut Chriſtus faciebat miracula per hoc quod eius humanitas erat deitati coniuncta in vnitate ſuppoſiti, ſic & apoſtoli faciebant ea inquãtum erant per fidẽ Chriſto coniuncti.*

8 Et maiora. *Hoc patet primò in doctrina: Plures enim conuerſi ſunt ad fidem per prædicationem apoſtolorum, quam per prædicationem Chriſti, quia per eos conuerſa eſt multitudo gentium, per prædicationem autem Chriſti pauci Iudæorum. Item quia apoſtoli prædicabant in omnibus linguis, vt habetur Act. 2.a. Chriſtus autem prædicabat in vna ſola lingua, ſcilicet, Hebræa, quia ſolum Iudæis prædicauit, ſecundùm quod ipſemet dicit Luc. 8.f.* Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. *Nec eſt contra illud quod ſuprà dictum eſt c. 4. quod prædicauit ſamaritanis, quia ipſi erant Iudæi in parte, ſicut ibidem dictum fuit. Secundò patet in miraculis, quia apoſtolis maiora fecerunt Magnum enim reputatum fuit, quod infirmum ſanabantur ad tactum fimbriæ veſtimentorum Chriſti, vt habetur Luc. 8.f. ſed maius videtur, quod ad tactum vmbræ Petri ſanabantur, vt habetur Act. 5.c. Subditur autem cauſa quare apoſtoli tanta erant facturi, cum dicitur.*

9 Quia ego. *Quia maiora debebant fieri poſt effuſionem plenitudinis ſpiritusſancti, quæ effuſio non debebat fieri ante aſcenſionem Chriſti, vt ſuprà dictum eſt 7.f.* Nondum erat ſpiritus datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus. *Et quia propter tanta quæ fienda erant per apoſtolos poſſet credi quod eſſent futuri maiores ipſo Chriſto, hoc remouet dicens.*

10 Et quodcunque. *In quo oſtenditur quod apoſtoli illa non fecerunt, niſi per virtutem Chriſti. Quod patet, quia talia faciebant deprecando,*

## MORALITER.

tibus, qui poſt annos vitæ ſiue plures ignorant diuina præcepta quorum cuſtodia neceſſaria eſt ad ſalutem. Matth. 19. ca. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* Poteſt etiam dici pluribus religioſis, qui negligunt ſcire ſuam regulam & ſtatuta.

10 *Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt clarificetur pater in filio.* Ieſus interpretatur ſalus, & ideò quod non pertinet ad ſalutem, non petitur in nomine eius, imò Chriſtus negando petitionem oſtendit ſe Saluatorem, ſicut bonus medicus oſtendit ſe diligere ſalutem infirmi, qui nociua denegat poſtulanti.

10 Et quodcunque

Si diligiti

A a *Si diligitis me.* Quomodo monet diligere & ſeruare? mandata, vt accipiant ſpiritum, quem niſi habeant non poſſunt diligere & ſeruare? Sed quod habebat minus occultè, accepturi erant amplius manifeſtè, vt eis innoteſceret quod habebant.

b *Et ego rogabo patrem.* THEOPHYLA. Rogabo hoc eſt, obſecrabo patrem & alium paracletum mittet vobis, alium ſicut me. Confundatur hoc loco & Sabellius, dicens vnam perſonam patris & filij & ſpiritus ſancti. Ecce enim audit alium paracletum dabo, & ita aliam perſonam ſpiritus. B Confundatur & Macedonius, qui dicit alterius ſubſtantiæ eſſe ſpiritum & minorẽ filio. Audi enim ꝙ & ipſe perſona ſit, ſicut filius, eiuſdem enim ſubſtantiæ eſt cum filio vtique autem & cum patre, nã pater & filius eiuſdem ſubſtantiæ. Ne mireris autem quod dicit. Rogabo patrem, non enim vt ſeruus orat, ſed vult quod ſufficientibus argumentis teſtetur diſcipulis quod omninò ſuperueniat eis C Spiritus paracletus eiúſque gratia condeſcendens illis dicit: *Rogabo patrem.*

†Mat.21.c. Mar.11.c.
†conſolatorem
†cognoſcitis

¶ Non facit ſine patre filius, quoniam quidem ideò facit, vt in eo pater glorificetur.
clarificetur pater in filio. † Si quid petieritis me in nomine 1
a ¶ Vt faciatis quæ ego facio, vt faciam quæ petitis.
a meo, hoc faciam. Si diligitis me mandata mea ſeruate. Et 2
b a ¶ In quo euidenter oſtenditur dilectio mandantis. ¶ Rogat homo, inquantum 3
Deus dat. b ¶ Aduocatum vel conſolatorem ſicut ego ſum vobis præſens carne. c ¶ Hic vt ad quædam vt illuſtret, & alia huiuſmodi faciat, poſt vt ad videndam ſpeciem introducat.
ego rogabo patrem, & aliũ † paracletũ dabit vobis, vt maneat 4
a ¶ Scilicet, ſanctum qui patri & filio coæternus eſt & conſubſtantialis. 5
b ¶ Remanens amator mundi, cum quo nunquam eſt amator Dei. 6
vobiſcum in æternum, ſpiritum veritatis, quem mundus nõ 7
a ¶ Non habet inuiſibiles oculos, quibus inuiſibiliter videtur ſpiritus ſanctus. 8
¶ Nec ſciendo intelligit. 9
c poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum. Vos au- 10
d tem † cognoſcetis eum, quia apud vos † manebit & in vobis 11
¶ Indicat ſe patrem illis. a ¶ Poſt reſurrectionem carne & præſentia deitatis. ¶ Sed. 12
b ¶ Tempus. 13
e erit. Nõ relinquam vos orphanos, veniã ad vos. Adhuc modi 14
f cũ, & mũdus me iam nõ videt. † Vos autẽ videbitis me, quia 15
16
g ¶ Suam vitam etiam illis promittit. ¶ Quod modo creditis.
ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis, quia ego 17
18
19

c *Quia non vi.* Non habent ſpirituales oculos mundi amatores D quibus ſpiritum ſanctum videant. Nec verò carnalibus oculis poſſunt videre, quia ſpiritus ſanctus non apparuit indutus humanitate, &c.

d *Et in vobis erit.* Erit in vobis, vt maneat, non manebit vt ſit, quia prius eſt eſſe alicubi quam manere. Ne quis ergo putet ſic manere, vt hoſpes apud alium viſibiliter, ſed in eis eſt, & ideò ab eis cognoſci poteſt, non ab aliis.

e *Non relinquam.* Non ita dabitur ſpiritus pro me, vt ego E etiam non ſim vobiſcum. Orphani Græcè, pupilli Latinè eſt.

f *Adhuc modicum, & mundus.* Sed mundus qui modo videt oculis carnis, poſt modicum non videbit, quia reſuſcitatus ſe eis non oſtendit, ſed totum tempus modicum eſt, quo finito auferetur impius, ne videat gloriam Dei, quam iuſti videbunt. F

†manet
Iſa.26.b. ſecundum aliam tranſlationem
†De conſe. di.2. in Chriſto pater

g *Quia ego viuo, & vos viuetis.* Præſenti vtitur, quia mox futura eſt eius reſurrectio. Ad illos vtitur futuro quorum in fine futura reſurrectio.

c *Quia* ☞ *Et vos*

## NICOLAVS DE LYRA.

*cando, ideò dicit:* Et quodcunque petie. *Chriſtus autem fecit miracula imperando, vt glorificaretur pater in filio. Quod enim ad inuocationem nominis Chriſti fiebant miracula per apoſtolos, redundabat in gloriam patris, cũ pater & filius ſint vnus Deus propter quod ſubditur.*

1 Si quid pe. *Eadem virtute qua & pater.*

2 Si diligitis me. *Suprà conſolatus eſt diſcipulos promittendo eis acceſſum ad patrem per ipſum, hic conſequenter idem facit promittendo ſpiritusſancti donum, & hoc eſt quod dicitur.* Si diligitis me, mandata mea ſeruate. *Amor enim & obedientia ad Deum eſt diſpoſitio ad habendum pleniùs ſpiritum ſanctum, quia ſecundùm Aug. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, ideò ſubditur.*

3 Et ego rogabo patrem. *Hoc conuenit Chriſto inquantum homo, & aduocatus noſter eſt.*

4 Et alium para. *Id eſt, conſolatorem. Dicit autem alium ad oſtendendum diſtinctionem filij & ſpiritusſancti in perſona.*

5 Vt maneat vobiſcum in æternum. *Quaſi dicat, iſte conſolator non auferetur à vobis, ſicut ſubtrahitur humanitas mea per mortem, ſed æternaliter erit vobiſcum hic per gratiam, ſed in futuro per gloriã.*

6 Spiritum ve. *Tum quia eſt eſſentialiter ipſa veritas, tum quia docet veritatem.*

7 Quem mundus non poteſt accipere. *Id eſt, homines mundiales affectum in terrenis ponentes, quia non ſunt ad hoc diſpoſiti, ideò ſequitur.*

8 Quia non vi. *Id eſt, dirigit intentionem ad ipſum.*

9 Nec ſcit eum. *Id eſt, cognoſcit, quia ſola bona ſenſibilia ſunt hominibus mundialibus nota. ſecundùm quod dicitur 1. Cor. 2. d.* Animalis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, &c.

10 Vos autem cognoſcetis eum. *Per ſpecialem reuelationem & per ſenſibile ſignum, quia ſpiritusſanctus ſuper apoſtolos in linguis igneis apparuit.*

11 Quia apud vos manebit. *Quia non receperunt eum per modum paſſionis tranſeuntis, ſed habitus firmiter permanentis, inquantum fuerunt in gratia confirmati.*

12 Et in

12 Et in vobis erit. *Hoc dicit ad denotandum familiaritatem ſpiritusſancti erga ipſos diſcipulos.* Act.2.a.

13 Non relinquam vos. *Hic conſolatur eos promittendo eis ſuum reditum, quia de hoc dono ſpiritusſancti quod adhuc ignorabant, parum erant conſolati. Et diuiditur in duas, quia primò promittit ſuũ reditum, & ſecundo bonorum ſuorum beneficium, ibi:* Hæc loquutus ſum vobis. *Prima in tres, quia primò promittit ſuam viſitationem, ſecundo aſſignat huius rationem, ibi:* Qui habet mandata. *Tertiò, remouet diſcipuli dubitationem, ibi:* Dicit ei Iudas. *In prima igitur parte dicit ſic:* Non relinquam vos orphanos. *Orphanus dicitur priuatus patre carnali, qui enim vult à Deo in filium adoptari, oportet eum carnalem affectum ad parentes relinquere, inquantum eſt contra Deum, ſecundùm quod dicit Saluator Luc. 14. f.* Qui nõ odit patrem & matrem, &c. *Sequitur.* Non poteſt meus eſſe diſcipulus. *Apoſtoli autem talia reliquerant, ideo quodammodo orphani erant reſpectu parentum carnalium, & ſic erant filij Dei per adoptionem, propter quod Chriſtus gerebat curam de eis ſicut de filius propter quod ſubditur.* Diuiſio

14 Veniam ad vos. *Non ſolùm ſpiritualiter conſolando, ſed etiam corporaliter viſitando & in fide confirmando, quod fecit Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparens apoſtolis per 40. dies, & loquens eis de regno Dei ante ſuam aſcenſionem, vt habetur Act. 1. a.*

15 Adhuc modicum & mundus me iam non videt. *Quia modicum temporis erat vſque ad tempus ſuæ mortis, per quam aſpectus ſuæ humanitatis ſubtrahendus erat apoſtolis.*

16 Vos autem videbitis me. *Poſt reſurrectionem enim non fuit viſus omnibus ſicut ante, ſed ſolùm Apoſtolis & aliis diſcipulis, vt habetur Ioan. 20. e. Et ſubditur cauſa ſuæ reſurrectionis, cum dicitur.*

17 Quia ego. *Q. d. licet moriar ex infirmitate carnis, tamen reſurgam virtute deitatis, quæ ſemper viuit.*

18 Et vos vi. *Hoc dicit aſſecurando eos, quia timebant mori cum ipſo, vnde ſuprà 11. b. Thomas hoc timens dixit:* Eamus & moriamur cum ipſo, *vt ibidem expoſitum fuit.*

19 In illo die vos. *Poſt reſurrectionem enim habuerunt pleniorem noticiam, de myſterio trinitatis, vt dictum eſt eod. cap.*

Et vos in

## M O R A L I T E R.

2 *Si diligitis me mandata mea ſeruate.* GREGORIVS. Probatio dilectionis exhibitio eſt operis.

6 *Spiritum ve. quem mun. non poteſt acci.* GREGORIVS. Spiritusſanctus autem omnem quem repleuerit ad inuiſibilia deſideranda accendit. Et quoniam mundana corda ſola viſibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda inuiſibilia non aſſurgit. Seculares etenim mentes quanto ſe foras per deſideria dilatant, tanto ad receptionem illius ſinum cordis anguſtant.

13 *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Orphanus propriè caret vtroque parente, ergo orphani ſunt qui parentibus carnalibus in malis non aſſentiunt, propter quod parentes eos derelinquunt, ſed Chriſtus ad eos venit tanquam pater, & ſuis conſolationibus refouet atque nutrit.

Et ad eum

☞ a *Et vos in me, & ego in vobis.* Hoc modo eſt, & cognoſcitur
A quodammodo per fidem, ſed tunc cognoſcetur per ſpeciem, quando hæc coniuncto perficietur quæ modo inchoatur.

b *Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.* Non ſolùm vos Apoſtoli viuetis & cognoſcetis, ſed & quicunque habet in memoria, & ſeruat in vita. Vel, habet faciendo, ſeruat perſeuerando. Vel qui habet in ſermonibus ſeruat in moribus. Vel habet audiendo, ſeruat faciendo.

† inſinuabo

c *Et ego diligam eũ.* Ad hoc diligam, vt
B manifeſtem, quia & nunc diligit, ſed non ad hoc, ſed potius vt credamus, & mandata ſeruemus, vt mereamur quod poſt capiamus.

d *Et manifeſtabo ei.* Qui habet meum mandatum, ille me cognoſcit, & hoc eſt ibi: *Manifeſtabo ei meipſum.* Sed præmittit cauſam mandati, quia diligit me, & qui me diligit, pater meus diliget eum, & quia pater tunc ego diligam eum, & inde eſt manifeſtatio.

† auditis

a ¶ Vt radius in ſole vnum cum ipſo. b ¶ Vt palmites in vite. c ¶ Vt ait Apoſtolus, Si autem Chriſtus in nobis. ¶ Hoc enim opere oſtenditur dilectio.

a ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet 1
b mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. † Qui au- 2 3

¶ Quis fructus? ¶ Pater & filius inſeparabiliter diligunt.

c tem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, 4 5

¶ Hæc viſio erit merces fidei.

d & † manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas, non ille Scha- 6
e riotis: Domine, quid factum eſt, quia manifeſtaturus es 7 8
nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: 9

¶ Apoſtolus vel quicunque. a ¶ Cauſa eſt dilectionis, quæ probatur in cuſtodia ſermonum.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit & pater meus 10

a ¶ Ego & pater & ſpirituſſanctus. b ¶ Et erit interna viſio & manſio, non tranſitoria, ſed æterna. 11

f diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum 12
g

a ¶ Hi ſunt qui nunquam vident patrem & ſpiritum, ſed nec filium in forma Dei etſi in forma ſerui.

faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. 13

a ¶ Quia non eſt ſuum verbum, ſed patris. Et quia ſe voluit intelligi, ſingulariter dixit quia prius pluraliter dixerat ſermones meos.

Et ſermonem quem † audiſtis non eſt meus, ſed eius qui mi- 14

a ¶ Corporali præſentia, quæ ſi iam aufertur, ne timeatis quia Paracletus.

h ſit me patris. Hæc loquutus ſum vobis apud vos manens. Pa- 15 16
i k racletus autem ſpirituſſanctus, quem mittet pater in nomine

e *Dicit ei Iudas, &c.* Audito, quòd mundus modo videbit eum, ſed ipſi videbunt, pro omnibus quæſiturus quærit Iudas cauſam huius diſcretionis. Hęc autem cauſa eſt ſecundùm reſponſionem domini, dilectio, per quam ſolam & non per aliam diſcernitur gens ſancta à non ſancta.

† De conſ. di. 2. in Chriſto pater. Matt. 10. d. Luc. 10. c.

E

f *Ad eum veniemus.* Venit Deus ad hominem, dum homo venit ad Deum. Venit homo credendo, obediendo, intuendo, capiendo, Deus venit ſubueniendo, illuminando, implendo.

g *Et manſionem apud eum faciemus, &c.* Charitas facit habitare in domo, in qua pater, & filius facit manſionem, vnde & dabit manifeſtationem de qua ille quæſierat.

C ✠ Theophylactvs. Quare hoc dixit manifeſtabo illi memetipſum, quia poſt reſurrectionem ſedes manifeſtaturus erat cum diuiniore corpore, vt ne putent ipſum ſpiritum & phanthaſma eſſe propterea prædicit eis, hoc, vt videntes eum, non diſcredant, ſed recordentur vt quod ea prædixerit ipſis, & quod propter mandatorum ſuorum obſeruationem manifeſtetur eis ſtudeántque ſemper ſeruare illa vt & illis ſemper ma- D nifeſtetur. Magnum etenim reſurrectionis ſacramentum difficilè ab eis ſuſceptum idcircò præparat eos dicens, quod manifeſtaturus ſit ſe eis, quia & cum reſurrexiſſet propterea comedit cum eis vt ne videretur phantaſma.

h *Hæc loquutus ſum vobis.* Hæc de manſione in dilectoribus ſuis F in quo ſignificatur eccleſia futura ſpiritualis, in qua beati, à quibus non recedit.

i *Apud vos manens.* Hic eccleſia præſens corporalis, in qua viſitat liberando, & redit.

k *Paracletus.* Conſolari cum ſit opus trinitatis, ad perſonam ☞ tamen

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et vos in me, & ego in vobis. *Non per eſſentiæ vnitatem ſicut pater eſt in filio & è conuerſo, ſed per mutuam dilectionem, ſicut amans eſt in amato, & è conuerſo.*

2 Qui habet mandata mea. *Hic reddit cauſam huius beneficij collati Apoſtolis, & non mundo, vt patet ex dictis. Hæc cauſa eſt dilectio & obedientia ad Chriſtum, quæ fuit in apoſtolis. Et hoc eſt quod dicitur:* Qui habet, *in aure ad audiendum, & in corde ad meditandum, & in ore ad docendum.*

3 Et ſeruat ea. *Adimplendo opere.*

4 Ille eſt, &c. *Quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ſecundùm Gregorium.*

5 Diligetur à patre meo, & ego dilig. eum. *Quia vnus eſt amor patris & filij.*

6 Et manifeſtabo ei meipſum. *Scilicet poſt reſurrectionem in humanitate glorioſa, & ſic manifeſtauit ſe Chriſtus ſuis diſcipulis, quia habebant conditiones prædictas. Manifeſtat ſe etiam talibus per apertam viſionem deitatis in gloria cœleſti.*

7 Dicit ei Iudas, non ille Schariotis. *Hic remouet diſcipuli dubitationem, quia Iudas frater Iacobi audiens à Chriſto, quòd manifeſtaret ſe apoſtolis, & non mundo, admiratus eſt de hoc quòd eos toti mundo præferebat, quia verè humilibus admirabile eſt audire de ſe magna. Ideò quæſiuit dicens.*

8 Domine quid factum eſt, &c. & non mun. *Q. d. Vnde nobis tanta excellentia.*

9 Reſpondit Ieſus. *Reddens cauſam huius ſcilicet prærogatiuam dilectionis & obedientiæ ad Chriſtum, quæ erat in apoſtolis, non ſic autem in aliis. Et hoc eſt quod dicitur.*

10 Si quis diligit me. *Quia obedientia in opere procedit ex amore exiſtente in corde.*

11 Et pater meus. *Per hoc oſtendit ſe vnum cum patre in eſſentia.*

12 Et ad eum ve. *Et ſic patet quod plus eis promittit, quam ante fecerat, quia ante promiſerat ſuam viſitationem corporalem, hic autem cum hoc promittit viſitationem ſpiritualem, non tranſitoriam, ſicut in illis qui ad vomitum reuertuntur; ſed permanentem per gratiam confirmationis in præſenti, & poſtea perfectæ glorificationis. Talis enim gratia fuit data Apoſtolis.*

13 Qui non diligit me, &c. *Tales ſunt mundani homines, & ideò non ſunt digni habere tale beneficium, ſicut vos qui eſtis mei diſcipuli veri. Et quia dixerat:* ſerm. meum ſeruabit, & pater meus dili. eum, *videtur fortè alicui* ꝙ *non dixiſſet conuenienter, ſed magis debuiſſet dixiſſe, & ego diligam eum. Ideò huic tacitæ quæſtioni reſpondens dicit.*

14 Et ſermonem. *Sicut enim prædictum eſt, lingua Chriſti non mouebatur ad loquendũ ex conceptione animæ, niſi ſecundùm quod anima mouebatur à diuinitate, & ideò verba Chriſti erant magis ipſius patris qui vnum eſt cum filio in deitate quã eſſent ipſius Chriſti in quãtum homo. Et ideò quia in humanitate proferebat verba illa, reſpondit,* Pater meus diliget, *magis quàm ego diligam, ad denotandum,* ꝙ *verba ſua magis erant deitatis in qua pater eſt vnum cum filio, quàm humanitatis quæ illa proferebat, propter quod & pater diligit obſeruatores illorum verborum.*

15 Hæc loquutus ſum vobis. *Superius promiſit Chriſtus apoſtolis ſpiritumſanctum & ſuum reditum, hic conſequenter oſtendit vtilitatem vtriuſque promiſſi. Et diuiditur in duas, quia primò oſtendit vtilitatem primi. Secũdò, ſecundi, ibi:* Pacem: *Dicit ergo primò ſic:* Hæc loquutus ſum vobis, &c. *In præſentia corporali apparens.*

16 Paracletus autem ſpirituſſanctus, &c. *Id eſt, faciet vos intelligere omnia* ✻

## MORALITER.

☩ 12 *Et ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciem.* Greg. In quorundam enim corda venit & manſionem non facit, quia per compunctionem quidam reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore hoc ipſum quod compuncti fuerant obliuiſcuntur, ſicq; ad perpetranda peccata redeunt, ac ſi ea minimè planxiſſent. Qui ergo Deum verè diligit, in eius corde dominus venit & manſionem facit, quia ſic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tempore non recedat.

16 *Paracletus autem ſpirituſſanctus, quem pater mittet in nomine* ☩ meo,

tamen maximè ſpiritusſancti pertinet, quia in ſcriptura nomine
A bonitatis,ſpiritusſanctus deſignatur, per bonitatem ergo Deus nos conſolatur, per eam omnia bona ſua nobis tribuit. Vnde cum ipſe filius doctrina ſit patris,de ſpiritu dicit.

✠ THEOPHYLACTVS. Quod autem dicit in nomine meo veniet Paracletus, hoc vide, quod nihil alienum à me dicturus ſit vos, neque ꝓpriam opinionem ſibi vindicabit,ſed in nomine meo veniet, hoc eſt in gloriam mei nominis, nõ ſui, id quod faciunt contraria docentes, auditoribus ſui proprium nomen commendantes, quidam autem intelligunt in nomine meo, nomẽ Chriſti, Paracletus. *Habemus enim*, inquit, *Paracletum Ieſum Chriſtum*.

† dixi — † Abeo — * Dixi — B

a ¶ Docebit,vt ſciatis ſuggeret,vt velitis. b ¶ Ab occulto non miniſtrabit.quod inferior,alias commemorabit vobis,id eſt, faciet vos memores omnium. Ecce hoc etiam gratia ſpiritus,eo quod non obliuiſcimur.

a meo,ille vos docebit omnia,& † ſuggeret vobis omnia quæ- 1
¶ Iturus ad patrem.
b cunque † dixero vobis. † Pacem relinquo vobis, pacem 2
a ¶ Perducturus ad patrem. b ¶ Vt ſine moleſtia mundo fruantur,quæ non eſt vera vbi diuiſa ſunt corda.
meam do vobis.Non quomodo mundus dat, ego do vobis. 3
¶ Quod plus eſt.
c Non turbetur cor veſtrum, neque formidet, Audiſtis quia e- 4
a ¶ Si dixi,vado,quod vos terret,dico venio,quod mulcet. 5
¶ A vobis corpore. ¶ Corpore in iudicio. 6
d go dixi vobis: † vado,& venio ad vos.Si diligeretis me, gau- 7
e a ¶ De eo quod. b ¶ Secundum quod minor,vadit & veniet iudicare.
deretis vtique quia * vado ad patrem, quia pater maior me 8

a *Ille vos.* Quia etſi filius doceat nos & reuelet patrem, hoc totum facit per ſuam bonitatem. *Ille vos docet omnia.* Docebit quæ dixero,non quod dicat filius,& ſpiritus doceat,quia quod dicit & docet,& ipſa trinitas dicit & docet.Sed quia trinitas eſt, oportet ſingulas perſonas inſinuari,quos nos diſtinctè audire, inſeparabiliter intelligere debemus. Cùm ergo dicimus, pater & filius & ſpiritusſanctus, non eos ſimul dicimus,cùm non poſſint eſſe non ſimul.

C

b *Pacem relinquo vobis.* Iturus ad patrem. *Pacem rel.* Et repetens de eodem. *Pacem meam do.* Et hoc eſt quod propheta dicit: *Pacem ſuper pacem.* Pax eſt in hoc ſæculo, in qua manentes hoſtem vincimus,inuicem diligimus, & de occultis inuicem non iudicamus.Pax erit in futuro,cum ſine hoſte regnabimus, vbi alter ab altero non poterit diſſentire, vbi omnia aperta, & laus vnicuique.In illo autem & ab illo eſt vtraque pax.Ipſe enim eſt pax noſtra,&

Iſa.27.b. — 1. Cor.4. a. Epheſ.2.c.

noſtra,& eum credimus, quia eſt,& eum videbimus, ſicuti eſt. D
Vnde quòd dicit meam,à poſteriori,etiam ad prius ſubaudiendum eſt.Vel pax in hoc ſæculo eſt noſtra,quæ eſt aliqua & non plena,& ab illo in futuro ſua eſt pax,vbi nihil repugnat qualiter ipſe habet.

✠ THEOPHYL. Iterum in mœrore erant diſcipuli, audientes dominum di centẽ, ego quidẽ diſcedo,ſpiritus autẽ veniet ideò vidẽs turbari cor eorum, & maximè ꝓpter afflictionẽ imminentẽ & certamina dixit, *Pacẽ relinquo vobis.* Quaſi ita dicens, quod nocent vobis mũdi turbationes cum mecũ pacem habeatis? non enim talis eſt pax mea, qualis mundi quæ ſæpè in malo fit vt planè ſtulta eſt, ſed talem ego do vt & inter vos pacem habeatis,& vnum corpus ſitis, hoc autem fortiſſimos vos omnium faciat etiamſi multi contra vos inſurrexerint nihil tamen patiemini concordia pacéque mutua muniti, deinde quia iterum dixit: *relinquo*, id quod recedentis erat & ſatis eos turbare poterat ſubdit: *ne turbetur cor veſtrũ, neq; formidet.*

† ſubmonebit — † 33.q.1.c. niſi bella. — 1.Ioan.3.a. — E

c *Non turbetur.* Quia in pace vos relinquo, non turbetur cor veſtrum de eo quòd dixi vado,quaſi paſtoris abſentia lupus inuadit,quia ſicuti homo vado vt Deus præſens ſum.

F

d *Si diligeretis.* AVGVSTINVS. Hoc erat ire ad eũ, & recedere à nobis,mutare atque immortale facere,quod ſuſcepit ex nobis mortale,& leuare in cœlum,per quod fuit in terra pro nobis. Naturæ ergo humanæ gratulandum eſt,eo ꝙ ſic eſt aſſumpta à verbo,vt immortalis conſtitueretur in cœlo,atque ita fieret terra ſublimis,vt incorruptibilis puluis ſederet ad dexteram patris.

e *Gauderetis,&c.* Quia humanæ naturæ congratulandum eſt, quæ leuatur

## NICOLAVS DE LYRA.

*gere omnia quæ dico vobis. Apoſtoli autem adhuc erant rudes, & in timore poſiti ex auditu paſſionis Chriſti, ideò ad verba Chriſti malè attendebant,& per conſequens non capiebant ea ad plenum,propter quod dicit gratiam ſpiritusſancti poſtea ſupplere iſtum defectum.*

1 Et ſuggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. *Id eſt, ad memoriam vobis reducet,hoc dicit, quia multa de illis quæ Chriſtus docebat,obliti ſunt apoſtoli timore paſſionis concuſſi.*

2 Pacem meam do vobis. *Hic oſtendit reditus ſui vtilitatem, quæ eſt conſequutio veræ pacis.Et hoc eſt quod dicit*: Pacem relinquo vobis,pacem meam, &c. *Poſt reſurrectionem enim ſuam eis apparens dixit*:Pax vobis: *quia per eius viſitationem & inſtructionem in diebus illis quadraginta,corda eorum ſunt pacificata à turbatione præcedentis paſſionis. Et bene dicit*: Pacem meam do vobis, *ad diſtinguendum pacem ſanctorum à pace mundi quæ magis apparens eſt & ficta quam vera.Ad cuius intelligentiam ſciendum,quòd pax eſt tranquillitas ordinis ſecundùm Auguſtinum. In homine autem triplex debet eſſe ordo, ad ſeipſum,ad proximum,& ad Deum.Et ideò ad pacem ſanctorum primò requiritur tranquillitas in ſeipſo, & hoc quantum ad tria quæ in ipſo homine debent ordinari. Primò quo ad intellectum, ne errore obſcuretur.Secundò quo ad voluntatem,vt in Deum liberè dirigatur. Tertiò quo ad appetitum ſenſitiuum,vt non inordinatis paſſionibus moueatur.Propter quod Auguſt.deffiniens pacem libro de verbis domini dicit, Pax eſt ſerenitas mentis, quo ad primum, tranquillitas animi, quo ad tertium,ſimplicitas cordis, quo ad ſecundum. Per cor enim quod mouet alia membra intelligitur voluntas quæ mouet alias potentias quo ad agendum. Secundò ad pacem ſanctorum requiritur ordo ad proximum, per conſortium charitatis ordinantis bonum proximi ad Deum. Tertiò requiritur ordo ad Deum per amoris indiſſolubilis vinculum. Pax autem mundi ordinatur ad quietam fruitionem bonorum temporalium, quam frequenter concomitatur multiplicatio peccatorum, ſecundùm illud Deut.32.c.* Incraſſatus eſt dilectus,& recalcitrauit, *Et Ezech. 16.f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ,ſuperbia, ſaturitas panis,& abundantia,& ocium. *Ideò de hac pace ſubdit.*

Infrà 20. g. — In homine debet eſſe triplex ordo. — Pax diffinitur ſecundùm Augu.

3 Non quomodo mundus dat,&c. *Id eſt,non talem pacem,vt patet ex dictis.*

4 Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. *Suprà conſolatus eſt Chriſtus apoſtolos de morte ſua rationibus ſumptis ex parte ipſorum,hic adhuc conſolatur eos rationibus ſumptis ex parte ipſius Chriſti.Et diuiditur in duas,ſecundùm duas rationes quas ponit.Secunda ibi:* Iam non multa. *Prima ratio propter quam debebant de morte Chriſti conſolationem habere eſt, quia quamuis eſſet dura & ignominioſa, tamen erat ordinata ad exaltationem Chriſti. Et hoc eſt quod dicitur* Non turbetur cor veſtrum, &c. *Q.d. Non debetis turbari de morte mea.*

Diuiſio

5 Neque formidet. *Hoc addit eos aſſecurando,quia timebant mori cum eo.*

6 Audiſtis quia ego dixi,&c. *Q.d. Non ſic recedo à vobis per mortem,quando adhuc vobis appaream poſt meam reſurrectionem.*

7 Si diligeretis. *Ibi accipitur ſi pro quia. Et eſt ſenſus ac ſi diceret, quia diligitis me per conſequens debetis gaudere, quia per mortem vado ad patrem me exaltantem & clarificantem. Qualiter autem Chriſtus clarificatus eſt, & exaltatus propter eius humiliationem in cruce frequenter ſuprà dictum eſt.*

8 Quia pater maior me eſt. *Non ſecundùm Deitatem,in qua filius eſt æqualis patri,ſed ſecundùm humanitatem,in qua filius eſt minor patre.Et quòd hæc litera ſic debeat intelligi,patet quia Chriſtus loquitur de ſeipſo ſecundum illam naturam in qua conuenit ei mori & exaltari. Hoc autem non poteſt eſſe in natura diuina quæ immortalis eſt, &*

*magnitudine*

## MORALITER.

*meo,ille vos docebit omnia.* GREGORIVS. Niſi autem idem ſpiritus cordi aſſit audientis,ocioſus eſt ſermo doctoris. Nemo enim docenti bonum attribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia niſi intus ſit qui doceat,doctoris lingua exterius in vanum laborat.

1 *Et ſuggeret vobis omnia.* Excitando ad opera bona.

4 *Non turbetur cor veſtrum,neque formidet.* Scilicet de meo receſſu per mortem, cum ſit via ad meam glorificationem & ſpiritusſancti miſſionem.Et in hoc docemur non turbari de noſtris amicis deſcedentibus in confeſſione fidei, nam hæc eſt via ad eorum glorificationem & noſtram ſubuentionem,quia præſentes cum Deo multò plus iuuare nos poſſunt, quam viuentes in mundo.

4 Non

MORAL

☞ quæ leuatur ad dexteram patris, in quo idem ſibi ſperant cæ-
A teri.

✠ THEOPHYLACTVS. Quidam patrem ſecundum quod principium & cauſa eſt filij, intelligunt maiorem eſſe. Maior enim me eſt, inquid, pater ſecundum quod principium & cauſa mea eſt. Ex ipſo enim natus ſum. Ad maiorem ipſo eſſe patrem non facit ipſum alterius ſubſtantiæ. Nam quamuis in his (vt ita di-
B cam) maior ſit pater filio, ſed non iam alterius naturæ eſt. Deìn dicant hæretici. Secundùm quid venit ad patrē Chriſtus? ſecũdùm quod Deus, vel ſecundùm quod homo? quia ſecundùm quod Deus ſemper in cœlis erat & in ſeparatus à patre, ſecundùm humanam igitur naturam maior eo dicitur eſſe pater.

C a *Credatis.* Non quod factum videritis, quia non eſt laus vel meritum fidei, imo nec fides eſt de eo quod videtur, ſed de eo quod non videtur. Sed credatis me filium Dei, non noua fide, D
quia etiam prius crediderant, ſed aucta fide & refecta, quia & modo cum hæc diceret parua erat, & cum moreretur, nulla.

b *Et in me non habet quidquam. Sed vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, &c.* Noluit dominus habere quod perderet, pauper venit ne haberet diabolus quod auferret.

✠ THEOPHYL. Principem hunc intellige mundi non creaturæ ſed mundi confuſi & munda in- E
ſipientis. Non enim cœlum gubernat & terram, quia omnia euertiſſet & conturbaſſet ſed ea quę ſpõte ſe illi traduntur ideò & princeps tenebrarum dicitur. Et quia veriſimile erat quoſdam ſuſpicari, non & Chriſtus propter peccata eſſet morti traditus propterea ſubdit in me non habet quicquam cum nõ obnoxius ſum morti, neque quicquam debeam diabolo, ſed propter dilectionem F
erga patrem voluntarius ſuſtineo paſſionem.

¶ Quia vado ad patrem.
eſt. Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit 1
a ¶ Accepta licentia à Deo.
a credatis. Iam non multa loquar vobiſcum. Venit enim prin- 2
a ¶ Diabolus. b ¶ Id eſt, peccatorum non creaturarum. c ¶ Quod ad ſe pertineat. 3
¶ Nullum omninò peccatum ſuum.
b ceps mundi huius, & in me non habet quidquam. Sed vt co- 4
¶ Quaſi diceretur: Cur ergo morieris, ſi non habes peccatum, quia pater mandauit. 5
gnoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum de- 6
a ¶ Quia diſcumbens dicebat diſcumbentibus hoc.
¶ Vt cognoſcat mundus. b ¶ Ad locum vnde tradendus ad mortem ero.
dit mihi pater, ſic facio. Surgite eamus hinc. 7

☞ CAPVT

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *magnitudine infinita, ſed natura humana in eo poterat mori & exaltari. Et ex hoc patet falſitas Arrij, qui ex hoc loco arguebat filium in diuinis à patre diſtingui in eſſentiam, quia non loquitur de filio ſecundùm diuinam naturam, ſed ſecundùm humanam tantum.* Error Arrij.

1 Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cùm factum fuerit credatis. *Scilicet quòd non tantum ſum homo qui mori poteſt & exaltari, ſed etiam Deus qui certitudinaliter prædico futura contingentia, quod eſt proprium ipſius Dei, ſecundùm quod dicitur Iſa. 41. f.* Annunciate nobis que ventura ſunt in futurum. & ſciemus quia dij eſtis vos. *Hoc addit Chriſtus, quia immediatè loquutus fuerat de ſua humanitate. Modus enim huius Euangeliſtæ eſt, vt dictum eſt frequenter, cum refert aliquid pertinens ad Chriſti humanitatem, in qua eſt minor patre, adiungere aliquid pertinens ad deitatem in qua eſt & æqualis patri, quia credere vtrumque eſt de neceſſitate ſalutis.*

2 Iam non multa non loquar vobiſcum. *Hic ponitur ſecunda ratio propter quam Apoſtoli debebant conſolari de morte Chriſti, ſcilicet quia illa mors non erat culpabilis, ſed magis virtuoſa. Et hoc eſt quod dicitur:* Iam non multa loquar vobiſcum. *Id eſt, in hoc mortali corpore exiſtens, quia tempus ſuæ captionis erat propinquum.*

3 Venit enim princeps mundi huius. *Id eſt, diabolus qui eſt princeps hominum mundanorum, non per creationem, ſed per ſeductionem. Venit autem ad Chriſtum ipſum tentando in deſerto, & principes Iudæorum contra ipſum incitando.*

4 Et in me non habet quidquam. *Id eſt, nullum peccatum, & per conſequens nullam mortis cauſam, quia mors intrauit in mundum per peccatum, vt dicitur ad Rom. 5. d. Et quia poſſet quæri, ex quo in te non eſt cauſa mortis, quare ergo morieris? Ideò huic tacitæ quæſtioni reſpondet, dicens.*

5 Sed vt cognoſcat. *Id eſt, ad hoc ſuſtineo mortem, vt omnes cognoſcant quòd hoc procedit ex dilectione quam habeo ad patrem, quia Deus pater Chriſto homini inſpirauit voluntatem patiendi pro ſalute mundi, ex maxima charitate qua diligit hominem.*

6 Et ſicut mandatum. *Id eſt, ex obedientia ad patrem libenter ſubeo mortem.*

7 Surgite eamus hinc. *Quæritur hic de loco ad quem Chriſtus duxit diſcipulos ſuos, cum dixit:* Surgite eamus hinc. *Ad hoc dicit Hylarius 9. de tri. quòd de loco in quo comederant agnum Paſchalem, duxit eos ad locum in quo erat tradendus. Sed litera ſequens videtur repugnare, quia in principio ca. 18. a. dicitur:* Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit Chriſtus & diſcipuli eius. Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum locum. *Ex quo patet quòd illa verba quæ ab hoc loco ſequuntur vſque ad principium 18. cap. dixit Ieſus diſcipulis ſuis extra locum in quo erat tradendus. Propter quod ſciendum, quòd Chriſtus morti ſuæ propinpuus ardua & difficilia volebat dicere diſcipulis ſuis, vt patet ex ſequentibus. Ad intelligendum verò talia requiritur attentio animi, talis autem attentio erat impedita in apoſtolis ex paſſione timoris. Et ideò dixit Chriſtus diſcipulis ſuis.* Surgite eamus hinc. *Id eſt ad alium locum magis ſecurum, qui tamen ille locus fuerit determinatiuè non exprimitur, videbat enim Chriſtus diſcipulos timore mortis perterritos: Tum ratione temporis, quia nox erat vt ſuprà dictum eſt: Tum ratione loci quia adhuc erant in medio ciuitatis, vbi comederant agnum Paſchalem. Et ideò timentes capi ab hoſtibus, quaſi continuè circumuoluebant oculos ad hoſtium domus. Et ideò dixit eis:* Surgite eamus hinc. *Quaſi dicat. Eamus ad alium locum magis ſecurum & ſecretum, vbi melius attendatis, ad ea quæ dicenda ſunt vobis.* Quæſtio.

✠ NICOL

## ADDITIO.

In cap. 24. *Vbi dicitur in Poſtilla.* Ad hoc dicit Hylarius 9. de trinitate.

*Hylarius non fecit mentionem, niſi de duobus locis tantum qui ſunt termini principales in hac materia, ſcilicet de loco aſſignato pro eſu agni Paſchalis à quo principaliter exiuit, & de loco ad quem principaliter venit, vt ibi caperetur. De loco autem medio in quo fuit cum apoſtolis, vt eis diceret ardua & difficilia, qui eſt locus medius inter duos prædictos Hylarius non fecit mentionem, ſicut etiam euangeliſtæ qui duos locos primos declarauerunt. Iſtum verò locum medium minimè deſignauerunt, vnde ſententiæ Hylarij litera non repugnat, vt patet intuenti.*

## REPLICA.

In cap. 14. *Vbi dicitur:* Surgite eamus hinc. *Dicit Poſtillator manifeſtè oſtendit, quòd Chriſtus fuerit in aliquo loco medio inter domum in quo comedit Paſcha, & hortum in quo illa verba notabilia dixit diſcipulis, vnde dicit Hilarium non conſonare literæ qui in 9. de tri. ſe reſtringit ad ſolùm illa duo loca. Quod Burgen. ægrè ferens, dicit euangeliſtam etiam ſicut Hilarium non expreſſiſſe medium locum. Sed ſatis manifeſtum eſt ex litera, quòd fuerit medius locus, quamuis non determinatè exprimatur.*

# CAPVT XV.

a ¶ Secundum quod homo caput eccleſiæ vnius naturæ cum palmitibus. b ¶ Quia eſt alia in amaritudinem conuerſa. c ¶ Cum quo idem eſt & filius. d ¶ Non tantum extra operando, etiam intus incrementum dando.

a EGo ſum vitis vera & pater meus agricola eſt. 1
b Omnem palmitem in me non ferentem fru- 2 3
a ¶ Vt agricola. b ¶ Propter hoc mundatus eſt.
ctum † tollet eum, & omnem qui fert fructũ 4
a ¶ Amplius. ¶ Mundando corda, ſpiritum charitatis infundendo. ¶ Mundi atque iterum plus mundandi, vt fructum plus feratis.
† purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi eſtis 5
¶ Meipſum ſcilicet. a ¶ Cùm ego ſim vitis vera. 6
c propter ſermonem quem loquutus ſum vobis. Manete in 7
a ¶ A quo totum accipitis. ¶ Vt totum ſacramentum, afferens. b ¶ Vt amplius fructificetis. c ¶ Quia.
me, & ego in vobis, Sicut palmes non poteſt ferre fructum à 8
ſemetipſo, niſi manſerit in vite, ſic nec vos, niſi in me manſe- 9
a ¶ Quia. ¶ Totum vobis dans, nihil à vobis recipiens. 10
d ritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in 11
e ¶ Nec parum.
f eo, hic fert fructũ multũ, quia ſine me nihil poteſtis facere. Si 12
g ¶ Autem. a ¶ Quod eſt in poteſtate liberi arbitrij.
h quis in me nõ manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, 13 14

† tollit
† Purgat

CAPVT XV.

A a EGo ſum vitis vera. Et me præcedentem ad paſſionem debetis ſequi, quia ego ſum vitis, id eſt, caput veſtrum eiuſdem naturæ vobiſcum, vt in me poſſit fructificare humana natura.

b *Et pater.* Ego etiam agricola cum patre, quia ſum mũdator palmitũ, quod eſt agricolæ, non vitis officium, qui etiã palmites operarios facit, licet non de ſuo, nec per ipſos, ſed per meipſum.

✠ THEOPHYL. Quid myſticum illis B tradit, ego ſum, inquit, vitis, hoc eſt radix, vos autem palmites. At pater meus agricola eſt. Circa quod autem occupatus eſt pater? nũquid circa radices, nõ inquit, ſed circa palmites, omnem enim palmitem, inquit, non afferentem fructum tollit eum, hoc eſt, omnem hominẽ qui per fidem factus eſt pars radicis, & vnicus Domini & incorporeus ei, oportet & fructum afferre, hoc C eſt vitam habere virtutibus præditam quod ſiquidem nudam & ſolam confeſſionem fidei quis habeat, & non per obſeruationem mandatorum fructum ferat, mortuus palmes fit: *fides enim abſque operibus mortua eſt.* D Omnis igitur fidelis in Chriſto quidem eſſe videtur, quatenus credit.

c *Propter ſermonem quem loquutus ſum, &c.* Non ait propter aquam baptiſmi, quia & ipſa ſine verbo eſt ſolùm aqua, per verbum fit ſacramentum.

d *Ego ſum.* Qui ſe à ſe ferre fructum exiſtimat, non eſt in vite. Vnde cum repetitione & ſuperiorũ explanatione ſupponit: *Ego ſum vitis, vos palmit.* Mihi quaſi viti adhærentes.

e *Qui manet in me.* Et ideò quicunque E (nõ ſolùm vos) manet in me credendo, obediendo, perſeuerando.

f *Et ego in eo.* Illuminando, ſubuenien do, perſeuerantiam dando.

g *Hic fert.* Et ſi ſecundùm hominem Chriſtus eſt vitis, tamen hanc gratiam palmitibus non daret, niſi etiam Deus eſſet.

h *Si quis.* Sarmenta præciſa cæteris lignis ſunt viliora, quia nullis vſibus deputantur, ſed igni, vel in vite ſunt vel in igne. F

✠ THEOPHYLACTVS. Hoc autem loco & conſolationẽ non paruam

## NICOLAVS DE LYRA.

### CAPVT XV.

✠ EGo ſum vitis. *Poſtquam Chriſtus conſolatus eſt diſcipulos de ſua morte, hic conſolatur eos contra tribulationes imminentes eis ex Iudæorum & principum mũdi perſequutione. Et diuiditur in duas partes, quia primò præmittit parabolam, ſecundò, proſequitur ipſam, ibi:* Iam vos mundi eſtis. *Parabola autem iſta eſt de tribus, ſcilicet de vite, de agricola, & de vitis cultura, vt patebit proſequendo.* Dicit ergo. Diuiſio

1 Ego ſum vitis. *Sicut enim vitis materialis habet lignum vile & deſpectum, & quaſi inutile, videtur, cum tamen fructus optimos habeat, ita Chriſtus in humana natura videbatur abiectus vilis & deſpectus, & tamẽ per eius humilitatem ſequutus eſt fructus glorioſus, vnius enim naturæ ſunt vitis & palmites, & ideò Chriſtus dicitur vitis ratione humanitatis in qua natura eſt fidelibus ſimilis.*

2 Et pater. *Quia plenitudinem gratiæ & veritatis infudit & plantauit in Chriſto homine, vt dictum eſt in primò capitulo. Sciendum autem, quòd cultura huius vineæ non habet propriè locum circa ipſum ſtipitem, qui eſt ipſe Chriſtus, quia in gratia & ſcientia habituali non profecit, ſed totum à principio habuit, nec habuit peccatum tollendum & purgandum, ſed cultura huius vineæ circa palmites conſiſtit, id eſt, fideles Chriſto adhærentes. Quorum aliqui ſola fide adhærent, non per charitatem operantem, & iſti abſcindentur per condemnationis ſententiam, ideò ſubditur.*

3 Omnem palmitem. *Alij autem adhærent Chriſto per fidem, & operantem charitatem, & de illis ſubditur,*

4 Et omnem qui fert. *Per mundi tribulationes, quæ ſunt quædam medicinæ & purgationes.*

5 Vt fructum plus afferat. *Sicut enim in vite materiali aliqui palmites etiam fructuoſi reſcinduntur, ne humor nimis diſpergatur, & ſic virtus vnita fortificatur & magis fructificat, ſic per tribulationes iocunditatem vitæ præſentis à fidelibus reſcindentes, corda eorum retrahuntur ab amore mundialium, & ſic intra ſe collecta feruentiùs feruntur in Deum, & faciunt maiorem fructum bonorum operum.*

6 Iam vos. *Hic proſequitur parabolam, & primò quantum ad palmitum adhæſionem, ſecundò quantum ad eorum purgationem, ibi:* Si mundus vos odit. *Prima in duas, quia primò diſcipulos ad adhærendum ſibi inducit, ſecundò, declarat in quo iſta adhæſio conſiſtit, ibi:* Sicut dilexit me. *Circa primum ponit quatuor rationes, quare fideles debent Chriſto adhærere per fidem, ſicut palmites ad vitem. Prima ratio ſumitur ex palmitum adhærentium fructificatione, quia aliter non poſſunt fructum facere. Et hoc eſt quod dicit.* Iam vos mundi eſtis. *Quia apoſtoli per doctrinam Chriſti iam erant ſegregati ab erroribus Iudaicæ ſuperſtitionis, ideò concludit.* Diuiſio

7 Manete in me. *Per fidem charitate formatam, per quam homo eſt in Deo, & Deus in homine.*

8 Sicut palmes, &c. manſerit in vite. *Hoc ſenſibiliter videmus in vite materiali, quia facere fructum non poteſt niſi particeps ſit humoris & pinguedinis ipſius ſtipitis.*

9 Sic nec vos. *Scilicet poteſtis fructificare operibus meritoriis.*

10 Niſi in me manſeritis. *Per participationem gratiæ & veritatis.*

11 Ego ſum vitis, & vos palmites. *Q.d. ſi vultis fructificare, manete in me.*

12 Si quis in me. *Hic ponitur ſecunda ratio adhærendi Chriſto, quæ ſumitur ex palmitum non adhærentium punitione, cum dicitur:* Si quis in me, *veraciter per charitatem formatam, quamuis maneat apparenter per fidem ſine operibus, quæ mortua eſt.* Iacob.2.d.

13 Mittetur foras. *Per abſciſionem in morte, quia tunc ſeparabitur numero à fidelibus, ſicut erat ſeparatus meritò.*

14 Et areſcet. *Quia Chriſtiani quandiu viuunt, habent aliquem virorem propter Chriſtianitatis nomen. Sed in morte eum amittunt, quia tunc apparet, quòd nihil eis profuit, & adhuc magis in futuro iudicio apparebit, ideò ſequitur.*

✠ Et colligent

## MORALITER.

✠ 1 *Ego ſum vitis vera, &c.* Moraliter iſta vitis dici poteſt quælibet religio approbata. Et illa maximè quæ magis appropinquat Chriſti vitæ. Agricola verò, religioni præſidens, & ipſius curam gerens. Huius autem vitis palmites ſunt religionem intrantes. Quorum aliqui ante profeſſionem inutiles reperiuntur & infructuoſi, qui ſunt ſtatim per agricolam amouendi. Alij verò ſub ſpe proficiendi ſunt ad profeſſionem recipiendi, quorum tamen aliqui non manent in vite per ſui ſtatus dilectionem, ſed alicui apoſtatant, & aliqui ſolo habitu remanent. Remanentes autem habitu & deuotione fructificant, & vt magis fructificent, de ſuis defectibus per correptionem debitam purgantur, vt ſic plurimum fructum faciant ad Dei gloriam & ſuã beatificationem. Propter hoc in huius parabolæ fine dicitur.

✠ *Hæc loquutus*

☞ non paruam eis erat, oſtendens quod ſi qui infundantur ſibi, vt
A Iudas comburantur, ipſi autem qui manſerat in eo fructum afferunt, nam abſque ſucco & viuificatione quæ inde procedit, non poterant quicquam facere.

a *Et verba.* Verba Dei tunc dicuntur manere in nobis, quando facimus quæ præcipit, & diligimus quæ promittit. Qui autẽ hoc non facit, tãgit, non cohæret, & ideò non ſunt ei in beneficium, ſed in teſtimonium dãnationis.

† colligunt eos ſub palmites

b *Petetis.* Si quid petit fidelis & nõ fit, non petit hoc quod
B habet manſio in eo, nec quod habet verba eius quæ ſunt in eo, ſed quod habet cupiditas & infirmitas carnis.

c *In hoc clarificatus.* Qui manet in me fructum multum fert, quod eſt ex gratia Dei, & ita eſt gloria eius, non hominis, & hoc eſt. *In hoc.*

† 1.Te.4.b. 1.Ioan.3.o.

¶ Meſſores angeli. ¶ Manete in me, & Si man.
& † colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manſeritis 1
¶ Non tantum fuerint. a ¶ Quia manentes in Ieſu non poſſunt velle niſi quod eſt ſalutis. 2
a in me, & verba mea in vobis manſerint, † quocunque volue- 3 4
b ritis petetis, & fiet vobis. In hoc † clarificatus eſt pater meus, 5
c a ¶ Per prædicationem & paſſionem ſicut ego. ¶ Vt ait apoſtolus, Ipſius opus ſumus creati in Chriſto. 6
d vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſci- 7 8
e ¶ Ecce: Vnde plurimus fructus ex dilectione, ſed vnde dilectio, quia prius nos dilexit. ¶ Et ideò perſeuerate.
puli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Manete in di- 9
a ¶ Quomodo in ea manebimus Diligite me, & vos dignos diligi efficite. 10
f lectione mea. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in 11
dilectione mea, ſicut & ego præcepta patris mei ſer- 12
a ¶ Et per hoc oſtendor diligi à patre ego homo.
uaui, & maneo in dilectione. Hæc loquutus ſum vobis, 13
a ¶ Vt gaudeam de vobis, quod eſt cum gratiam præſtat.
g vt gaudium meum in vobis ſit, & gaudium veſtrum im- 14
a ¶ Dum per gratiam eius conſortium habebunt. b ¶ Vt vero impleatur. 15
¶ Non aliud, quia in hoc ſunt omnia, & dilectio Dei, & fides.
h pleatur. † Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem, 16

d *Vt fructum plurim.* Sicut non æqualitatem oſtendit noſtræ naturæ & ſuæ, ſed gratiam qua mediator eſt, nam pater diligit nos, ſed in filio.

C e *Efficiami.* Quomodo? Si me dilexeritis. Ex qua dilectione? ex præceptorum obſeruatione? Si me dilexeritis ſicut dilexit me pater, non quantum. Non enim notatur æqualitas, ſed ſimilitu-
D do dans eis æternam æternitatem.

✠ THEOPHYL. Non enim quia audiuiſtis, quod dilexerim vos contemnetis, ſed dabitis operam vt maneatis in dilectione mea. Deinde docet eos quomodo poterint manere ſi mandata ſua ſeruarint nã (vt ſæpè dictum eſt) ille eſt qui diligit eum, qui mandata eius ſeruat. Per omnia autẽ hæc oſtendit quod tunc ſecuri erãt cum vitã puram egerint.

† Mat.21.c. Marc.11.c. † glorificatus

f *Si præcepta mea.* Non dicit, quòd pro ſeruatis præceptis ſint dilectores. Ne-
E mo enim ſeruat qui non diligit, ſed quòd nemo diligit, niſi qui ſeruat. Oſtendit ergo non vnde generẽtur, ſed vnde monſtrentur dilectores. Vel in dilectione mea, qua diligo vos, id eſt, manente gratia mea, & inde ſcietur vos manere in ea, ſi præcepta ſeruabitis, Niſi ergo prius ſeruent præcepta omnia, non poſſunt ſeruare præcepta, niſi eos diligat, &c.

g *Vt gaudium* Gaudium Dei de nobis qui præſciuit & prædeſtinauit ſemper eſt plenum, in nobis incipit ex fide, creſcit imò & perficietur in reſurrectione.

F
h *Hoc eſt præceptum, &c.* Et ſuprà de dilectione proximi, ſed

Sup.13.d.

☞ repetitio

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et colligent eum. *Scilicet angeli executores diuinæ iuſticiæ tollentes ZiZaniam de medio tritici.*

2 Et in ignem mit. *Scilicet infernalem.*

Matt.13.a.

3 Et ardet: *Sine fine in perpetuitate pœnæ.*

4 Si manſeritis. *Hic ponitur tertia ratio, quæ procedit ex impletione voluntatis fidelium Chriſto adhærentium, & hoc eſt quod dicitur:* Si manſeritis in me. *Fide formata charitate.*

5 Et verba mea in vobis manſerint. *Nõ ſolùm corde intelligendo ſed etiam opere adimplendo.*

6 Quodcunque volueritis petetis. *Hoc tamen intelligendum eſt ſi petant piè, id eſt, de pertinentibus ad ſalutem, quia exaudiri in aliis frequenter non expedit eis, & perſeueranter, quia illud quod petitur etiam pertinens ad ſalutem, non ſemper ſtatim datur à Deo, ſed differtur vt congruo tempore detur, & pro ſe, quia oratio ſanctorum de ſalute aliorum aliquando impeditur, non propter defectum orantis, ſed illius pro quo oratur, his autem tribus concurrentibus ſemper oratio exauditur.*

7 In hoc clarificatus eſt. *Hic ponitur quarta ratio, quæ procedit ex diuina glorificatione, quam quilibet debet deſiderare, magis etiam quàm ſuum bonum proprium. Diuina autem glorificatio relucet in fidelibus Chriſto adhærentibus per fidem ex dilectione operantem, & hoc eſt quod dicitur:* In hoc clarificatus eſt, &c. *In multiplicatione bonorum operum.*

Gal.5.b.

8 Et efficiamini. *Perfectè adhærendo mihi.*

9 Sicut dile. *Poſtquam hortatus eſt Chriſtus ad diſcipulos adhærendum ſibi, hic conſequẽter oſtendit in quo huiuſmodi adhæſio conſiſtit. Et diuiditur in duas, quia primò oſtendit quòd hæc adhæſio conſiſtit in dilectione, ſecundò oſtendit quòd dilectio conſiſtit in mandatorum obſeruatione, ibi:* Si præcepta mea. *Dicit igitur:* Sicut dilexit me, &c. *Id eſt, ad idem donum conſequendum, non tamen æqualiter. Diligere enim eſt velle alicui bonum, Deus autem pater vult bonum diuinum Chriſto homini, non ſolùm ſecundùm vnionem quæ eſt per operationem in fruitione boni vera, ſed etiam ſecundùm realẽ vnionem ſuppoſiti, fidelibus autem vult bonum diuinum tantum ſecundùm vnionem gratiæ & gloriæ, quæ eſt in fruitione, nec tamen ita perfectè fruuntur ſicut anima Chriſti.*

Diuiſio

10 Manete in dilectione mea. *Hoc dicit ad oſtendendum, quòd Deus nullum cogit ad fidem & dilectionem.*

11 Si præcepta mea. *Hic oſtendit, quòd dilectio conſiſtit in mandatorum obſeruatione. Et diuiditur in duas, quia primò facit quod dictum eſt, ſecundò reſpondet cuidam quæſtioni quæ ſibi poſſet fieri, ibi:* Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c. *In prima parte dicit ſic:* Si præcepta mea, &c. *Amor enim Dei nunquam eſt ocioſus, & ideò ſi eſt in corde, oſtenditur in opere, & per hoc homo diſponitur, vt charitas in eo augmentetur, & per conſequens adhæſio ad Chriſtum fortificetur.*

Diuiſio

12 Sicut & ego, &. maneo in direct. *Quia Chriſtus ex amore ad patrem factus eſt obediens vſque ad mortem, vt habetur Philip.2.a. & per hoc vnio eius ad patrem augmentata eſt inquantum gloria animæ deriuata eſt ad corpus eius in ſua reſurrectione.*

13 Hæc loquutus ſum vobis. *Hoc addit, ne fortè aliquis crederet, quòd propter ſe non propter nos ad prædicta inuitaret, ideò ſubdit.*

14 Vt gaudium meum. *Gaudium enim Chriſti hominis conſiſtit in coniunctione ad deitatem modis prædictis, ad quam etiam perueniemus per mandatorum obſeruationem, alio tamen modo quam Chriſtus, vt dictum eſt.*

15 Et gaudium veſtrum, &c. *Quod non poteſt eſſe, niſi in gloria cœleſti, quia nihil citra Deum poteſt replere cor humanum, propter quod dicit Auguſt. lib. conf. Inquietum eſt cor meum domine, donec requieſcat in te.*

16 Hoc eſt præceptum. *Hic reſpondet cuidam quæſtioni quæ ſibi poſſet fieri, quia poſſet aliquis dicere: Tu admonuiſti nos adhærere tibi, & dixiſti quòd hæc adhæſit conſiſtit in mandatorum obſeruatione, ſed oſtende nobis vlterius obſeruandi modum, ideò dicit, quòd modus obſeruandi eſt per dilectionem Dei & proximi, quia in his duobus tota lex pendet & prophetæ vt habetur Matth.22.d. Cuius ratio eſt, quia omnia bona opera ex charitate procedunt, propter quod dicit Gregor. Sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur, & ad charitatem ordinantur, propter quod dicit Apoſtolus 1. Timoth.1.a.* Finis præcepti eſt charitas. *Et hoc eſt quod dicitur:* Hoc eſt præceptum. *Licet autem in dilectione proximi includatur dilectio Dei tanquam principalior, quia proximus non eſt diligendus niſi propter Deum, tamen ſaluator hic magis facit mentionem expreſſam de dilectione proximi, cùm dicit, inuicem, quia intendebat apoſtolos inducere ad fidelium ædificationem & conſolationem & tribulationem ſuſtentandam, ad quæ neceſſaria eſt charitas proximi.*

11 Si ✠ Sicut

M O R A L I T E R.

✠ 13 *Hæc loquutus ſum vobis vt gaudium meum in vobis ſit, &c.* Quod autem ſequitur eſt inductio ad amorẽ charitatis, propter quod ſenſus literalis eſt de ſe moralis, nec occurrit alia moralitas vſq; ibi: *Si non veniſſem, & lo. &c.* Sequitur.

repetitio eſt confirmatio, ibi tamen dicit mandatum do,quaſi non antè fuerit hic autem hoc eſt,quaſi non aliud ſit.Ibi nouũ ne in vetuſtate remaneamus,hic meum,ne contemnatur. A

a *Maiorem hac.* Diffinit plenitudinem mutuæ dilectionis, quam habere præcipit.

& dabit pater quod petimus, qui & hoc dedit, vt diligamus. D

e *Vt di.*AVG.Meritò ſæpe dilectionem commendat, quaſi ſola præcipienda ſit ſine qua nõ poſſunt cætera,quæ ſine cæteris non poteſt haberi. Pro hac autem patienter debemus ſuſtinere etiam omnia aduerſa mundi.Vnde ſubdit.

b *Iam non di.*Commendata dilectione addit quod dignationis eſt, vt bonos ſeruos (qui ſciunt faciendo quæ præcipit) dicat amicos, & eis tollit nomen ſerui, qui eſt ex timore foras mittendo, qui neſcit quid faciat dominus. Quia cum aliquid facit, ſic extollitur quaſi ipſe faciat non dominus. Sunt tamen ſerui timore permanente in æternum, qui intrant in gaudium domini, hi ſciunt quod faciat eos dominus non ſolùm homines, ſed & iuſtos & quidquid boni eſt. B

† De pe.di. 2.c.qui vult De renũ.c. niſi §.verũ. 1.Io.4.d. Mat.25.b.

c *Nota ſe.*Nõ quod iam quis omnia ſciat cum poſt etiam dicat. *Mult. ha.v.d.q.n.p.p.m.*Sed dicit ſe feciſſe nota quæ ſcit ſe facturum in reſurrectione, vbi plenè erunt beati in anima & corpore & hæc eſt gloria non ex vobis,ſed ex me,& hoc eſt:Non vos me elegiſtis. C

d *Hæc man.*Hic oſtendit quis ſit fructus quem dixerat pro quo & dabit

a ¶ Non ſicut homines ſe inuicem diligunt,ſed vt Deum habeatis. b ¶ Vt ſicut poſui animam meam pro vobis.Ita & vos pro fratribus,vt me imitemini ſed non mihi comparemini.

a ſicut dilexi vos. † Maiorem hac dilectionem nemo habet, 1

a ¶ Ponere animam pro amicis non eſt dilectio,ſed effectus dilectionis. b ¶ Et per charitatem eritis amici. 2

quam vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos ami-

b ci mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. † Iam non 3

¶ Et ſi prius. a ¶ Scilicet ille qui ſolo timore ſeruit non ille de quo dicitur.Euge ſer. &c.qui ſeruit ex amore.

dicam vos ſeruos quia ſeruus neſcit quid faciat dominus 4

a ¶ Ego homo ad opus hominum.

eius. Vos autem dixi amicos,quia omnia quæcumque audiui 5

a ¶ Qui non elegit nondum diligit.

c à patre meo,nota feci vobis. Nõn vos me elegiſtis, ſed ego 6

a Miſericordia præueni vos cum eſſetis mali. ¶ Inſpiraui fidem. b ¶ Id eſt ad gratiam plantaui. c ¶ Per me viam & hoc iterum gratia. ¶ Volendo. d ¶ Perſeuerando. ¶ Quem non afferrent niſi prius electi e ¶ Id eſt dilectio quæ eſt fructus noſter quæ modo eſt in deſiderio nondum in ſaturitate,& ipſo deſiderio quodcunque pe.&c.

elegi vos,& poſui vos,vt eatis,& fructum afferatis,& fructus 7 8

veſter maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomi- 9

a ¶ Quodcumque petierimus in nomine Ieſu,dabit nobis pater. ¶ Quem fructum. 10

d ne meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem 11

e ¶ Qui odit quæ diligit. ¶ Grandis conſolatio membris ex capite.

f † Si mundus vos odit, ſcitote quia me † priorem vobis 12

¶ Contemptu. ¶ Damnato. 13

g odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod 14

a ¶ Falſa dilectione qua ſe falſò diligit,ſed verè odit ſe quia naturam odit diligit vitium. 15

b ¶ Nunc. c ¶ Quia tunc de eo fuiſtis. ¶ Gratis. 16

ſuum erat diligeret. Quia verò de mundo non eſtis, ſed

† 1.Io.3.c.

f *Si mundus.* Nomine mũdi aliquando boni aliquando mali deſignantur, quia vna maſſa eſt quæ tota in adam petiit de qua ſunt alia vaſa in honorem alia in contumeliã.

† Poſt hac non dico.

THEOPHYLACTVS. Mundus hoc eſt mali homines, ex eo enim quod non haberemini odio, oſtenderetur quod & ipſi illorum malitiæ & iniquitati communicaretis nunc autem quia odio vos habẽt mali,gaudete. Nam propter virtutem veſtram vos oderunt. Alioqui ſi non eſſetis virtute præditi, mundus quod ſuum eſt curaret quia autem ego vos elegi de mundo iniquitatis propterea odio vos habet mũdus, vti eos qui operibus ſuis non communicant. E F

† Priuſquã vos.

g *Mun.quod ſuũ.*Si malus punit ſcelus mali,ex patre odit mundus quod ſuum eſt,Dũ punit ex parte amat,quia malis fauet malis.

Sermonis

---

NICOLAVS DE LYRA.

1 Sicut dilexi vos.*Id eſt,efficaciter,gratuitè,& rectè:ſicut expoſitum eſt cap.præce. Quod autem Chriſtus ſic dilexerit probat cum ſubdit.*

Quatuor diligenda ex charitate.

2 Maiorem hac.*Hoc autem fecit Chriſtus,ergo,&c. Quatuor enim diligenda ſunt ex charitate, ſcilicet,Deus anima, proximus & corpus proprium, ideò cum charitas ſit ordinata pro ipſo Deo,qui eſt primum & maximum diligibile:ex charitate debent alia tria exponi, ſicut minus:pro maiori pro anima autem propria debet proximus & corpus proprium contemni,pro ſalute proximi debet vita corporalis exponi,& ideo cum corpus proprium ſit maximum bonum quod nobis remanet pro proximo exponendum,patet quod in tali expoſitione eſt maximum ſignum dilectionis ad proximum. Verumtamen quia obſeruatio mandatorum non ſolùm inducit ad dilectionem proximi, ſed principaliùs ad dilectionem Dei, ideò ſubditur.* Vos amici mei eſtis,&c. *Et quia amicis reuelantur ſecreta,ideò ſubditur.*

3 Iam non dicam vos ſeruos,&c.*Id eſt, timore ſeruili ſubiectos: tamen amore filiali erant ſubiecti, & hoc modo apoſtoli aliquando dicuntur ſerui.Roma.1.a.*Paulus ſeruus Ieſus Chriſti,&c.

4 Quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius.*Hoc videmus in humanis ſecreta tamen reuelantur filiis huiuſmodi erant apoſtoli qui Chriſto erant ſubiecti amore filiali:ideò ſubditur.*

5 Vos autem dixi amicos,&c. nota feci vobis. *Hoc non eſt intelligendum de omnibus ſimpliciter & abſolutè, quia apoſtoli non habuerunt tantam plenitudinem ſcientiæ ſicut Chriſtus, ſed eſt intelligendum de omnibus pertinentibus ad eorum ſtatum,cuiuſmodi ſunt iſta quæ pertinent ad eorum ſalutem, & fidei & morum prædicationem, & eccleſiæ gubernationem. Et quia iſta conferunt ad vtilitatem fidelium,non ipſius Chriſti ideò ſubdit.*

Electio fidelium duplex.

6 Non vos me elegiſtis.*Duplex eſt enim electio fideliũ.Vna æterna quæ eſt idem quod prædeſtinatio diuina, & hæc electio apoſtolorum & aliorum fidelium eſt à ſolo Deo ex mera liberalitate. Alia eſt temporalis ſcilicet vocatio ad fidem & gratiam & apoſtolatum & huiuſmodi Et iſta vocatio eſt effectus primæ, ſecundùm illud ad Ro.8.f. Quos prædeſtinauit, hos & vocauit, & ſic apoſtoli electi ſunt à Chriſto tempore gratiæ.*

7 Et poſui vos.*Id eſt,firmiter diſpoſui.*

8 Vt eatis

8 Vt eatis.*Prædicando per totum mundum.*

9 Et fructum afferatis, & fructus veſter maneat. *Quia fides eccleſiæ manebit vſque ad finem mundi, quantumcunque tribulationibus impellatur vel aliter:Maneat in gloria æterna.*

10 Vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. *Dummodo tamen iſta petitio fiat pro vobis piè & perſeueranter,ſicut ſuprà expoſitum eſt eodem ca.*

11 Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.*In hoc concludit intentum per hoc ſignans,quod omnia prædicta dixit eis ad hunc finem, ſcilicet vt mutuò ſe diligant.*

Diuiſio

12 Si mundus vos odit.*Hic agit de palmitum adhærentium purgatione per tribulationes futuras, contra ipſas eos conſolando.Et diuiditur in tres,quia primò ad eorum conſolationem rationes inducit.Secundò eas exponit,ibi:*Mementote .*Tertiò excuſationes perſequẽtium excludit, ibi :* Si non veniſſem. *Circa primum ponit duas rationes. Prima ſumitur exemplo ſui. Membra enim refutare non debent conditionem capitis,cum non ſint maioris dignitatis, imo minoris.Chriſtus autem caput eſt apoſtolorum, & ideò exemplo Chriſti debent patienter tolerare tribulationes perſequẽtium. Et hoc eſt quod dicitur :* Si mundus vos odit.*Hic accipitur ſi, pro quia,quaſi dicat quia futurum eſt, quod mundus vos odiat.*

13 Scitote.*Ad conſolationem veſtram.*

14 Quia me priorem vobis odio habuit. *Propter quod dicit Auguſt.in ſermone: Recuſat eſſe in corpore qui odium non vult ſuſtinere cum capite.Secunda ratio ſumitur ex parte mundi,Similitudo enim eſt cauſa dilectionis, ſecundùm illud Eccle.13.c. Omne animal diligit ſibi ſimile.Et diſsimilitudo eſt cauſa odij.Apoſtoli autem diſsimiles erant hominibus mundanis, & ideò non debebant admirari ſi perſequutiones ſuſtinerent ab ipſis.Et hoc eſt quod dicit.*

15 Si de mundo fuiſſetis.*Licet apoſtoli eſſent de mundo, præſentia corporali, non tamen erant de mundo concupiſcentias mundi imitando.*

16 Mundus quod ſuum erat, diligeret. *Sed contra hoc videtur eſſe, quod aliqui principes mundani de quibus loquitur ſaluator, cum eſſent perſequutores apoſtolorum aliquos tamen mundanos & malos non diligebant, ſed magis perſequebantur, vt. latrones & prædones & huiuſmodi, quos interficiebant. Dicendum, quod malum non poteſt eſſe purum quin habeat aliquid de bono aliter*

*ſeipſum*

ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Me- 1
¶ Quia.
a mentote ſermonis mei, quem ego dixi vobis: † Non eſt ſer- 2
b ¶ Et ita.
uus maior Domino ſuo. Si me perſequuti ſunt, & vos per- 3
¶ Non poteſt placere ſeruus, cui diſplicet Dominus. ¶ In quibus ego. a ¶ Vt in eo caperent & calumniarentur. b ¶ Qui etiam meus.
ſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & veſtrum ſer- 4
a ¶ Quæ dixi, odio habebunt, perſequentur, ſermonem contemnent. b ¶ Id eſt, me in vobis oderunt, & perſequuntur ſermonem & quia meus eſt, contemnunt.
uabunt. Sed hęc omnia facient vobis propter nomen meum, 5
a ¶ Ea ſcientia qua ſcriptum eſt Scire autem te ſenſus eſt conſummatus.
¶ Miſit me, ſed: Si non veniſ.
c † quia neſciunt eum qui me miſit. Si non veniſſem & loquu- 6
a ¶ Illud quod tenentur &c. Et ſine quo dimittuntur, id eſt, credere in Chriſtum, qui in Deo 7
venit, vt credatur in eum. b ¶ De quibus ſupra. Si me perſequuti ſunt, &c. ¶ Quia 8
veni & loquutus ſum eis.
d tus eis fuiſſem, peccatum non haberent. Nunc autem † ex- 9
e f cuſationem non habent de peccato. Qui me odit, & patrem 10

a *Sermonis mei.* Hoc ſcilicet, *Non eſt.* Et illius ſuperioris, Scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Et ſubdit cauſam.

b *Non eſt ſeruus maior, &c.* Quia exemplo ſui (quo aliud melius non eſt) monuit ad ferenda odia mundi, ſubdit quare debeant eum in hoc imitari, quia ipſe dominus, illi ſerui.

c *Si non veniſſem.* Hic expreſſius Iudæos oſtendit, ad quos venit, de quibus ſub nomine mũdi ſuperiora dixerat. Et quia ad eos venit, hic inexcuſabiles de omnibus malis oſtendit.

d *Excuſationem nõ. habet, &c.* Illi quibus nõ venit, nec loquutus eſt, habet excuſationem non de omni peccato, ſed de hoc, quod in Chriſtũ non crediderint. Hi verò quibus in apoſtolis venit & loquutus eſt non excuſantur. *Priores verò qui ſine lege peccauerant, ſine lege peribunt.*

e *De peccato.* Quod non credunt me, ſed oderunt, & perſequẽtur in meipſo & in meis, ſed hoc peccatum in me, etiam redundat in patrem, quia qui me odit, & patrem meum odit. Et quod eſt grauiſſimum, non ſolùm veni & loquutus ſum, ſed opera feci, quæ videntes oderunt & me & patrem. Nec eſt cauſa quare, ſed vt impleatur ſer. qui in le. eo. ſcri. eſt. Quod eſt: *Sed gratis oderant ſicut ſcriptum eſt.*

f *Qui me odit & pa.* Quæſtio non diſſimulãda hic naſcitur, quomodo, ſcilicet poterant odiſſe quẽ neſciũt. Si enim Deũ non (quod eſt ipſe, ſed neſcio quid aliud ſuſpicantur eſſe) credunt & hoc oderunt, vtique non ipſum oderunt, ſed quod ſua ſuſpicione mendaci, vel falſa credulitate concipiunt. Si verò quod eſt hoc de illo ſentiunt, quomodo eum neſcire dicuntur? & quod eſt de hominibus vel in hominibus hoc fieri poteſt. Non enim viros poſſumus diligere vel odiſſe, ſed non ignotos, quia etſi non viſi fama vel literis nota eſt eorũ probitas vel improbitas, quod ſi diligimus bona & odimus mala, & ita non erramus in iudicio rerum, ve-

Marginalia: A, B, C, D, E, F; † Mat. 11. d. Luc. 10. d.; Roma 2. b.; Pſal. 34. c. Quæſtio.; † Mat. 10. c. Luc. 6. f.; † prætextũ.

NICOLAVS DE LYRA.

*ſeipſum deſtrueret. ſecundùm philoſophum. 4. Ethico. Licet igitur principes illi qui perſequuti ſunt Apoſtolos, eſſent mundani & mali quantũ ad ſuperbiam & infidelitatem & huiuſmodi, tamen aliquid boni habebant, vtpote iuſtitiam, clementiam, vel aliqua huiuſmodi ſicut legitur de Traiano & de multis aliis principibus mundanis, & ſic perſequebantur latrones & prædones inquantum erant eis diſſimiles in bono iuſtitiæ, ſicut èconuerſò perſequebantur Apoſtolos & alios fideles, inquantum erãt eis diſſimiles in infidelitate.*

*Sed adhuc diceres, quia ſunt aliqui mundani in eodem vitio communicantes, qui tamen ſeſe perſequuntur, vt ſuperbi & cupidi Propter hoc dicendum quod duplex eſt amor, ſcilicet amicitiæ & concupiſcentiæ. In amore autem amicitiæ ſimilitudo eſt cauſa amoris, quia amicus vult amico bonum inquantum apprehendit ipſum quodammodo vnum ſibi, quia amicus eſt alter ipſe ſecundùm philoſo. hoc autem non eſt per realem identitatem, ſed per conformitatem. Sic autem nõ eſt in amore concupiſcentiæ, qua aliquis vult ſibiipſi bonum, & ideo quanto plus diligit ſe amore concupiſcentiæ, quam alium ſibi ſimilem amore amicitiæ, tanto odit eum inquantum impeditur per eum à conſequutione boni amati, & ſic vnus ſuperbus odit alterum, inquantum ſurripit ſibi ſingularem excellentiam quam cupit, & auarus ſimiliter auarum, inquantum arripit ſibi lucrum quod deſiderat, & ſic de aliis.*

Amor duplex.

1 Mementote. *Hic exponit rationes prædictas. Et primò primam. Secundò ſecundam, ibi:* Sed hæc omnia. *Prima ratio erat de perſequutione illata Chriſto & apoſtolis inferenda. Et quantum ad hoc dicit.* Memento ſer. mei, quem ego. *Suprà 13. b.*

2 Non eſt ſeruus. *Quod autem prius vocauit eos ſeruos. 13. c. & hoc idem repetit, non eſt contra illud quod in hoc cap. dixit. Iam non dicam vos ſeruos. Seruitus enim quã apoſtolis attribuit, non eſt aliud quam ſubiectio ex amore filiali ad Chriſtum qui dicitur ſeruitus largè. Seruitus autem quam ab eis excludit, eſt timoris ſeruilis, quæ à charitate excluditur, vt habetur. 1. Ioan. 4. d.*

3 Si me perſe. *Si pro quia, quaſi dicat, quia me perſequuti ſunt de facto, non eſt mirum ſi vos perſequentur in futuro.*

4 Si ſermonem meum, &c. *Hic poteſt accipi ly ſi dupliciter, ſcilicet pro quia & pro non, quia aliqui verbum Chriſti deuotè ſuſceperunt, vt Nicodemus, Lazarus, & ſorores eius, & ſimiles. Et aliqui contempſerunt, ſicut ſcribæ & phariſæi. Et ſimiliter fuit de Apoſtolis, quia aliqui eos deuotè audiebant. ſicut patet de Cornelio Act. 10. & in pluribus aliis locis, & multi eos contempſerunt, & à ſe repulerunt. vt patet Act. 13. g. Vbi Barnabas & Paulus dixerunt:* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud & indi. iu. vos, &c.

5 Sed hæc omnia fa. &c. *Hic exponit ſecundam rationem quæ fuit de odio mundanorum erga Apoſtolos, cuius cauſam explicat dicens:* Sed hæc omnia facient vobis propter nomen, &c. *Id eſt, propter confeſſionem & prædicationem nominis mei.*

6 Quia neſciunt, &c. *Id eſt, Deum patrẽ. Contra hoc videtur illud Pſal. 75. a.* Notus in Iudæa Deus. *Dicendum quod noticiam habuerũt determinatam de vnitate Dei. De pluralitate autem perſonarum non habuerunt noticiam, niſi ſuperiores ſcripturas intelligentes, tamen illa noticia fuit obſcura quia ante tempus Chriſti non fuit myſterium trinitatis ad plenum reuelatum. Illa etiam noticia quam habebãt de hoc Iudæi, fuit eis obſcurata ex odio quod conceperant ad doctrinam Chriſti, & ſic licet cognoſcerent inquantum eſt pater omnium per creationem, non tamen cognouerunt eum inquantum miſit filium ſuum ad ſalutem credentium. Illa tamen ignorantia non excuſabat eos in perſequutione Chriſti & Apoſtolorum, quia procedebat ex odio & inuidia, vt dictum eſt. Similiter ignorantia non excuſabat tyrannos, apoſtolos & alios fideles perſequentes: quia procedebat ex obſtinatione eorum in peccato idololatriæ. Quod patet ex hoc, quia videbant per Apoſtolos fieri ſigna virtutis diuinæ, & tamen permanebant in infidelitate, quia aliqui attribuebant ſcientiæ magicæ, & malè.*

7 Si non veniſ. *Hic oſtendit perſequutores Chriſti & fidelium inexcuſabiles, & hoc oſtẽdit dupliciter. Primò, ex his quæ facta ſunt in Chriſti præſentia. Secundò ex his quæ facta ſunt in eius abſentia, ibi:* Cum autem ve. *Prima in duas, quia primò oſtendit eos inexcuſabiles verbis. Secundò factis ibi.* Si opera. *Circa primum ſciendum, quod doctrina Chriſti fuit ita munda pura & perfecta, vt patet intuenti, & dictis prophetarum conſona & ipſorum impletiua, vt patet conferenti no. Teſta. veteri, item ſic fuit confirmata miraculis ſoli Deo poſſibilibus, quod ſufficienter debebat conuincere audientes ad credendum, propter quod dixit Nicode. ſuprà 3. a.* Scimus quia à Deo veniſti magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. *Propter quod infidelitas Iudæorum fuit maximum peccatum. Et hoc eſt quod dicitur.* Si non veniſſem. *Hoc dixit, quia eius aduentus erat eis promiſſus in lege & prophetis.*

8 Et loquutus eis fuiſſem. *Ly non, quod in aliquibus libris interponitur, non eſt de textu, ſed reſumitur ex præcedenti clauſula.*

9 Peccatum non haberent. Nunc autem excuſationem non habent de peccato. *Scilicet peccatum infidelitatis in me, quod dicitur ſpecialiter peccatum propter eius grauitatem tamen ſine hoc habebant venialia peccata, & ante habuerunt.*

10 Qui me odit, & patrem meum odit. *Hoc ſubdit ad oſtendendum quod excæcatio Iudæorum doctrinæ tam efficaci non credentium, procedit ex inuidia & odio contra ipſum.*

5 Sed

Si opera

*M O R A L I T E R.*

7 *Si non veniſſem, & loquutus eis fuiſſem.* Sequitur.

A rerum, veniale eſt. Si non vera ſentimus de occultis hominum, quæ eſt humana tentatio, ſi ſuſpicemur aliter eſſe quam ſint, quæ ſuſpitiones ſi ſint humanæ, iudicium de talibus, id eſt, diffinita certaque ſententia prohibetur. Ex ſuſpicionibus autem euenit, vt bonus bonum ſi putet malum neſciens oderit, qui etiam neſciens malum diligit. Sic & malus cui diſplicet bonitas, bonum odit, & ſi putet malũ neſciẽs diligit.

a *Quæ nemo a.fa.pe.* AVGV. Quod pauit tot milia de paucis, quod ſuper aquas iuit, & Petrum ire fecit, & alia huiuſmodi. Sed & Moyſes in diuiſo mari, in manna, & Ioſue in diuiſo Iordane, in fixo ſole, & alij patres fecerũt quę nec Chriſtus nec alius fecit. Non ergo de talibus hic dicit. Superat etiam Chriſtus miracula omniũ, quod natus de virgine, quod de morte ſurrexit, ſed hæc nõ ſunt facta in eis, nec coram eis. Dicit ergo de ſanitatibus, quot & quantas nullus fecerat in eis, & quia ipſe per ſeipſum fecit, nemo ſine eo.

Supra.6.b. Matt.14.c. Exo.14.c. Ioſue 3.d. Ibidẽ.10.c. †Pſal.34.c. B Luc.2.a. Ibid.24.a.

¶ Non inter eos, vel coram eis, ſed in eis, quia eos ſanauit, pro quibus debuerunt eum amare non odiſſe. a ¶ Illud magnum.

a meum odit. Si opera non feciſſem in illis, quæ nemo alius fa- 1

¶ Illa opera.

cit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & o- 2

¶ Et ſi neſcientes.

b derunt & me & patrem meum. Sed vt impleatur ſermo, qui 3

¶ Quæ eſt eis data. ¶ In pſalmis. 4

c in lege eorum ſcriptus eſt: † quia odio habuerunt me gratis. 5

a ¶ Sponte vt Deus. b ¶ Vt ſit fiducia conſolationis. c ¶ Ecce quod & filius mittit à patre à quo ipſe eſt. 6

d Cùm autem venerit paracletus, quem ego mitto vobis à pa- 7

e ¶ Vt ſit fiducia prædicatoris. a ¶ Ecce quod pater mittit. b ¶ Manifeſtatione ſui, quia tanto miraculo quod qui putabatur mortuus reſurrexiſſe & viuere probatus eſt. 8

f tre ſpiritum veritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium 9

a ¶ Quod non modo, quia non adeſt plenitudo illius temporis. b ¶ Per eum. 10

perhibebit de me. Et vos teſtimonium perhibebitis, quia ab 11

a ¶ Prædicationis meæ ideo prædicare poteritis, quod noſtis. 14

initio mecum eſtis.

b *Oderunt, &c.* Iudæi dicunt ſe diligere Deum, & tamen neſcientes oderunt, quia qui volunt eſſe mali, nolunt eſſe veritatem qua damnantur. Et ſicut oderunt ſuam pœnam, oderunt veritatem, quæ irrogat pœnam, neſcientes eum eſſe veritatem Et ſi oderunt veritatem, oderunt eum de quo nata eſt veritas, & ita patrem neſcientes de eo natam veritatem oderunt.

C

c *Quia odio.* Gratis odit, qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit. Sic impij oderunt Chriſtum. Sic iuſti diligunt gratis, non propter aliud, ſed propter ipſum.

d *Cum autem.* Nunc videntes opera oderũt gratis & me & patrem. Sed cum venerit paracletus, manifeſtiore teſtimonio conuincet eos qui viderunt & oderunt, ſed & quoſdam eorum cõpunctos de tanto ſcelere conuertet. D

THEO. Iam quod dicit. *Quem ego mittam.* Aequalitatẽ erga patrẽ ſignificat nã alio loco de patre dixit ꝙ mittat ſpiritũ, hoc autẽ loco ꝙ ipſe mittat vtique ſanè æqualitatẽ ſignificans vt autẽ ne videtur obluctari patri quaſi & alia ſubſtãtia mittat ſpiritum addidit à patre nam & ipſe q. dẽ mittã, ſed à patre hoc eſt approbante patre, & ſimul mittẽte, non enim ex proprio ſum ipſe prius mitto ſed à patre per me ſupeditatur. Quũ autem audieris quod ꝓcedit ne intelligas ꝑ proceſſionẽ ęgreſſionem, quaſi emittentur miniſtratorij ſpiritus, ſed naturali ſubſiſtentia ſpiritus eſt proceſſio, nã niſi proceſſionem ſic intelligas ſed externam quandam miſſionem incertum erit de quo ſpiritu dicat, immuneri enim ſed q in miniſteriũ mittũtur propter eos qui hæreditabunt ſalutem. Cæterũ hoc loco ſingularis quædã vt ſeparata proprietas eſt procedere vni proprio ſpiritui tributa. E

e *Quem ego m.* Die Pentecoſtes venit ſpirituſſanctus in centũ viginti homines congregatos, cum quibus erant omnes apoſtoli in domo vbi cœna fuerat.

F

f *Qui à patre.* Spiritus procedit à patre & filio, ſed filius dicitur à patre procedere, quia ad patrem ſolet referre. & quod ipſius, eſt, de quo ipſe eſt. A quo ergo habet vt ſit ab illo habet, vt de illo procedat ſpiritus.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Si opera. *Hic ponitur ſecunda ratio ad oſtendendum eos inexcuſabiles, quæ procedit ex operibus factis à Chriſto, quæ fuerunt ita magna & virtutem creaturæ tranſcendentia, quod nullus alius fecerat ante talia, vt patet in illuminatione cæci nati, & in ſuſcitatione Lazari quatriduani, & in ſupernaturali eclipſi in paßione Chriſti, & ideo ſi illi qui fuerũt increduli Moyſi & prophetis, fuerunt grauiter puniti & inexcuſabiles reputati, multo fortius iſti. Et hoc eſt quod dicitur.* Si opera, &c.pe.n. *Scilicet infidelitatis in me, licet haberent alia peccata.* 2 Nunc au. *Scilicet opera.* 3 Et ode. *Quia ex odio ad Chriſtum ipſius opera tanquam maligna attribuebant Beelzebub principi dæmoniorum, vt habetur Matth.12.b.* 4 Sed vt im. *Hic vt, tenetur conſequutiuè, quia ex odio eorum ſequuta eſt impletio illius ſermonis.* 5 Qui in *Scilicet Pſal.34.c.* 6 Odio.hab. *Id eſt, ſine cauſa, imò econtrario habebant cauſam amandi eum ex beneficiis eis impenſis in docendo eos & ſanando infirmos eorum.* 7 Cũ au. *Hic oſtendit eos inexcuſabiles per ea quæ facta ſunt in Chriſti abſentia, videlicet per aduentum ſpirituſſancti ſuper Apoſtolos poſt aſcenſionem Chriſti quod fuit ſignũ manifeſtißimum ad doctrinam Chriſti confirmandam. Et hoc eſt quod dicitur.* Cum au. *Id eſt, conſolator.* 8 Quẽ ego. *In hoc oſtendit ſpirituſſanctum à ſe procedentem, inquantum dicit ſe illum mittere.* 9 Spiritum ver. *In quo oſtendit ſpiritum ſanctum à patre procedere, quia procedit ab vtroque.* 10 Ille teſti. *Quod enim homines prius illiterati & ſimplices de profunditate ſcripturarum ſubitò planè loquerentur, & in omnibus linguis, fuit maximum ſignum ad confirmandum fidem Chriſti.* 11 Et vos te. *Præiudicando omnibus populis.* 12 Quia ab in. *Non eſt intelligendum quod fuerint cum eo à principio vitæ eius, ſed ab initio ſuæ prædicationis, quando incepit docere & miracula facere.*

Supr.9.b. Supr.11.f Mat.27.c.

## MORALITER.

1 *Si opera. &c.* Per hoc oſtenditur, quod quilibet prælatus & curatus qui in hoc eſt Chriſti vicarius, populo ſuo debet bonam admonitionem verbi & operationem exempli, & ſi in vtroque deficiat vel altero, populus habet aliquam excuſationẽ de peccato, non à toto ſed à tanto, maximè ſi defectus eſt in facto, vnde & dicunt laici, quare non faceremus hoc vel illud, cum prælati & curati hoc faciunt & etiam religioſi.

15 5.q.1.c. ꝙ autem §. ex voluntate.

## CAPVT XVI.

a HAEc loquutus ſum vobis. 1 ſed non

†Mat.24.a. Mar.13.b. Luc.21.c.

## CAPVT XVI.

a *HAec loquutus ſum, &c.* Poſtquã exemplo ſuo docuit ferre odia in quo ſciunt quid debeãt facere, ſed non poſſunt poſtquam etiam promiſit ſpiritum quo poterunt reſiſtere, etiam addit: *Hæc loquutus ſum de odio me.* Quod eſt exemplum de ſpiritu qui confirma-

## NICOLAVS DE LYRA. CAPVT XVI.

1 HÆc loquutus ſum. *Poſtquam Chriſtus aliquas rationes poſuit ad diſcipulorum conſolationem, hic magis explicat ſuam intentionem. Et diuiditur in tres, quia primò dicta explicatio ponitur. Secundò, eius effectus oſtẽditur, ibi:* Dicunt ei Diſcipuli. *Tertiò, intentũ concluditur, ibi:* Hæc loquutus ſum. *Prima in duas, quia primò ponit rationes quibus conſolatus eſt eos de tribulationibus futuris, & hoc vt continuet ſe ad dicta immediatè præcedẽntia. Secundò, explicat rationes conſolatorias de receſſu ſuo, ibi:* Et nunc vado. *Prima in duas, quia primo ponit intentionem ſuam. Secundò, ſubiungit dicti rationẽ ibi:* Hæc autem vobis ab initio. *In prima ergo parte dicitur ſic.*

Diuiſio.

Hæc loquutus ſum. *Id eſt, ad conſolationem veſtram contra futuras tribulationes.*

1 Vt non

## MORALITER.

1 *Hæc loquutus ſum vobis.* In hoc capitulo Chriſtus induxit diſcipulos non ſolum præſentes tunc, ſed etiam futuros, vt non recedant à fidei veritate pro vituperio quocunque quod ſignificatur per eiectionem de ſynagoga, cum dicitur.

*Abſque*

qui confirmabit,vt ita charitate diffuſa in cordibus veſtris , ſit
A vobis multa pax,& non ſcandalum.*Vnde enim ſcandalum*? Quid
Roma.5.a. paſſuri?Abſque ſynagogis, id eſt, extra ſynagogas facient vos:
quia non erat alius populus Dei niſi Iſrael, ſi Chriſtum recipe-
Roma.10.a ret,non eſſet alia eccleſia Chriſti,nec alia ſynagoga Iſrael.Sed
quia iſti ſemper volunt eſſe ſine Chriſto, volentes conſtituere ſuam iuſtitiam pellunt eos qui nunquam volunt eſſe ſine Chriſto , iuſtitiæ eius ſubiecti. Nec erubeſcunt pulſi, ſicut illi qui credentes in Ieſum,propter
B metum,nõ audebant cõfiteri, ne pellerẽtur de ſynagogis,diligentes gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

a *Sed venit.* Quaſi dicat, ſi pulſi ab eis tot acquiretis mihi (vnde vobis gaudendum) vt non ſatis ſit eis vos pellere. Sed non ſinant viuere, ne omnes acquiratis , vt à Iudaiſmo
C auertatis , in quo Deum Iſrael credunt deſeri & ſancta ſua.

b *Hæc au.*Poſtquàm dixit futuras eorum paſſiones, & conſolatorem ſpiritum eis eſſe dãdum,ſubdit.*Hæc non dixi,&c.* Quod ſi de paſſionibus accipimus,non ſolummodo poſt cœnam , ſed & ante proximum Paſcha , & ab initio miſſionis 12.apoſtolo- D
rum prædixerat , ſed de conſolatione ſpiritus eis ventura non prædixerat , quia ipſe cum eis corporali præſentia aduocatus vel conſolator erat, ſed quia iam iturus eſt, opus erat vt illum diceret venturum qui confirmaret eos contra abiicientes & interficientes.

c *Vado ad eum.* Ita palam vt nemo interroget quod viſu corporali cernat,viderunt eum in nube aſcendentẽ certi de gloria,qui pri⁹ prędicta paſſione quæſierãt:*Domine quo vadis?*

d *Si enim.*Nõ quod poſitus in terra non poſſet dare , ſed quia illi non ſunt idonæi E
accipere , niſi eum ſecundùm carnem deſiſtant noſſe.

e *Si autẽ.*Mentibus veſtris ſic raptis ad cœleſtia,aderit ſpiritus ſimul pater & filius. Spirituales enim ex carnalibus facti, capacius fuerant trinitatem habituri , ſicut promiſ- F
ſum erat. *Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Et ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Nunquam enim intelligenda eſt ſæparatio, & ſi ſigillatim loquatur ſcriptura de perſonis. Opus enim erat ſic trinitatem inſinuari.

Margin: † Alienoſa ſynagoga. † Interſeceris. † vẽtura eſt † Cultum Act.1.b. Supra.13.e. Mat.28.d. Supra.14.c.

a ¶Quaſi dicat,ſed ne timeatis ſolitudinem, quia tot acquiretis vt pro eis ad gloriam Dei videamini occidendi.
a vt nõ ſcandalizemini. †Abſque ſynagogis facient vos.Sed † 1
a ¶ Zelum Dei habere,ſed non ſecundùm ſcientiam,ſed ex ſtulta ignorantia. 2
venit hora , vt omnis qui † interficit vos,arbitretur † obſe- 3
quium ſe præſtare Deo. Et hæc facient vobis , quia non 4 5
¶ Eſſe. ¶ Filium. a ¶ Hæc fient:Sed ego prædixi,ne ignaros hæc & improuiſa turbarent,ſed præuiſa patienter ferantur.
nouerunt patrem, neque me. Sed hæc loquutus ſum vobis, 6
a ¶ Tenebroſa. ¶ Oportunitas. b ¶ Malorum. c ¶ Et caueatis vobis.
vt cum venerit hora eorum , reminiſcamini , quia ego dixi
¶De aduentu paracleti.
b vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi , quia vobiſcum 7 8
a ¶ Ego paracletus veſter. ¶ Et ideò opus eſt prædicare de illo.
c eram.Et nunc vado ad eum qui me miſit , & nemo ex vobis 9 10
a ¶ Iturum à vobis. ¶ A nobis. ¶ Id eſt me iturum à vobis. ¶ Cum nondum conſolationem ſpiritus intus habeatis,qua melius me intus viſuri eſtis,doletis me corporalibus occulis ſubtrahi.
interrogat me, quod vadis. Sed quia hæc loquutus ſum vo- 11
bis , triſticia implebit cor veſtrum. Sed ego veritatem 12
a ¶ Vt ſpiritualiter iam me noſcatis & carnaliter iam me noſſe deſiſtatis;ne verbo carne facte quaſi lacte contenti ſitis. b ¶ Si carni qua alij carnaliter hæreritis,capaces ſcriptus non eritis.
d dico vobis : expedit vobis , vt egò vadam. Si enim 13
e non abiero , paracletus non veniet ad vos. Si autem

Ille

NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt non ſcan.*Cadendo per impatientiam quando euenient vobis Scandalizare dicitur à ſcandalon Græcè , quod ſignificat impactionem pedis per quam homo ruit , & ad ſimilitudinem huius in ſpiritualibus dicitur quis ſcandalizari in tribulatione, quando eſt ei occaſio cadendi per impatientiam.*

2 Abſque ſynagogis,&c.*Incipit hic explicare in particulari tribulationes futuras inter quas eiectio de ſynagoga reputabatur magna, ſicut apud nos eictio de eccleſia per excommunicationem.*

3 Sed venit ho.&c.*De propinquo.*

4 Vt omnis qui in.vos,&c.ob.præ.d. *Quod dupliciter intelligitur.Vno modo de Deo vero.Et ſic Iudæi excæcati , interficientes fideles arbitrabantur ſe obſequium præſtare Deo cœli. Iſta tamen ignorantia eos non excuſabat,vt dictũ eſt. Alio modo exponitur de Deo opinatiuè dicto,ſecundùm errorem gentilium , & ſic gentiles interficientes Chriſti fideles credebant ſe obſequium præſtare Deo,ſcilicet.Ioui vel.Saturno vel huiuſmodi.*

5 Et hæc fac.vob.*Exponatur ſicut ca.præce.*

6 Sed hæc loqu.ſum vobis,&c. quia ego dixi vobis. *Vt facilius toleretis , tanquam prædicta vobis ab eo qui certitudinaliter poteſt denunciare futura contingentia. Iſta enim prædixit Chriſtus apoſtolis, vt præuiderent ſibi de patientia , quia minus feriunt iacula quæ præuidentur,vt dicit Greg.Cuius rationem aſſignat Tullius in lib.de tuſculanis quæſtionibus. Omnia enim bona & mala corporalia minora videntur, & minus ponderantur præſentia quam futura,vnde ſenſibiliter viddraw demus,quod aliqua bona temporalia vel corporalia delectabilia multũ deſiderantur antequam habentur , habita verò parum appreciantur, nunc autem ita eſt, quod cum aliquis ſibi præuidet contra mala futura apprehendit ea quaſi quodammodo præſentia ideò videntur minora.*

Tullius.

7 Hæ autem.*Hic ſubdit ſui dicti rationem, videlicet quare tunc iſta dixerit eis,& non à principio vocationis ipſorum, dicens :* Hæc autem vobis ab initio.*Hoc eſt , iſta verba ad conſolationem veſtram contra futuram tribulationem, vt patet Mar.10.b.vbi tribulationes prædicuntur apoſtolis,non tamen conſolandos eos ſicut hic.Et ſubditur cauſa.*

8 Quia vo.*Confortans vos mea præſentia corporali , ſed quia modo imminet receſſus meus indigetis contra talia conſolari.*

9 Et nunc va.*Hic explicat rationes conſolatorias de receſſu ſuo,quæ fuerunt tres.Vna fuit de promiſſione ſpiritusſancti. Alia de promiſſione reditus ſui.Alia , de promiſſione acceſſus eorum ad patrem. Secundam explicat,ib:*Modicum.*Tertiam , ibi :* Illo die : *quamuis non fuerint ſuprà poſitæ eodem ordine.Prima in duas:quia primò promittit per receſſum ſuum donum ſpiritusſancti. Secundò oſtendit efficaciam huius doni,ibi:*Et cum venerit. *Dicit ergo primò ſic :* Et nunc vado ad eũ qui,&c.*Quia impleui officium prædicationis mee.* Et nemo ex vob. &c.*Sed hoc videtur contra illud quod ſuprà dictum eſt ca.13.d.vbi Petrus quæſiuit.*Domine quo vadis?*Et.14.a.dixit Thomas :* Domine neſcimus quo vadis?*Quaſi dicat vellemus ſcire.Dicendum ꝙ in principio Chriſtus loquutus eſt eis tantũmodo de ſuo receſſu,& tũc bene quæſierunt quo iret,vt allegatum eſt. Sed poſtea interpoſuit de tribulationibus eis futuris , in quibus interfectores eorum reputabant ſe Deo præſtare obſequium, quod videbatur nimis durum & extraneum : propter quod ipſi tanquam adhuc imperfecti fuerunt ita ſtupefacti & attoniti,quod omnino obmutuerunt,& tunc quaſi exprobrando dixit.*

Tres rationes conſolatoriæ receſſus Chriſti. Diuiſio.

10 Et nemo ex vo.&c.*Quaſi dicat ex timore & triſticia factis eſtis muti.Et hoc patet per literam ſequentem,cum dicitur.*

11 Sed quia hæc loquutus ſum vobis. *De tribulationibus futuris.*

12 Triſtitia implebit cor veſtrum. *Et quia cum hoc triſtabantur de receſſu Chriſti , de cuius præſentia confidebant in tribulationibus conſolari:ideò ſubdit.* Sed ego veritatem dico vobis. Expedit vobis vt,&c.*Et ſubdit cauſam,dicens.*

13 Si enim,&c. *Quia plenitudo ſpiritusſancti non erat danda,niſi poſt aſcenſionem Chriſti.*

Et cum

MORALITER.

2 *Abſque ſynagogis.*Nec etiam quocunque tormento , quod ſignificatur,cum ſubditur.

3 *Sed venit hora vt omnis qui interficit.* Mors enim eſt vltimum terribilium in præſenti vita.Induxit etiam diſcipulos ad petendum ſpiritusſancti donum, quod eſt in omni afflictione corroboratium. Et ſic literalis ſenſus eſt etiam moralis.Nec occurrit mihi alius ſuperadendus.

a ¶ Per vos qui modo timidi.

a abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet 1

a ¶ Quod habet mundus. b ¶ Quam non imitatur. c ¶ Quod non timet. d ¶ Exponit quod dixerat. ¶ Suo.

b mundum de peccato & de iuſtitia,& de iudicio.De peccato 2

a ¶ Arguet. b ¶ Hoc ſpecialiter ponit, quia hoc manente cætera manent, hoc diſcedente cætera remittuntur.

quidem,quia non † crediderunt in me.De iuſtitia verò,quia 3

a ¶ Iam talem non videbitis, & Paulus enim & Schephanus poſtea viderunt eum, ſed iam alium. ¶ Futuro. 4

c ad patrem vado, & iam non videbitis me.De iudicio autem 5

a ¶ Foras miſſus,iudicio ignis reſeruatus. b ¶ Quæ nemo habet determinare. 6

d quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. Adhuc multa 7

a ¶ Quia nondum venit ſpiritus. 8

habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Cum 9

a ¶ Intus ſine ſono,ſic fit & aliis ſanctis,alias deducet in omnem veritatem, vt dedu. in.d.in ve.te. ¶ Saluti neceſſariam.

e autem venerit ille ſpiritus veritatis † docebit vos omnem 10

f veritatem. † Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcun- 11 12

a ¶ Non ſolum quæ futura in tempore,ſed magis æterna quorum amore inflammat.

que † audiet loquetur, & quæ ventura ſunt annunciabit vo- 13

¶ Patre à quo ego. 14

g bis.Ille me † clarificabit:quia de meo accipiet, & annuncia- 15

h bit vobis. † Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt.Pro- 16

i pterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. 17

†credunt. †De cōſec. di.5.c. vlti. †audierit. †glorificabit. †Mat.11.d Luc.10.d. †ducet vos in

a *Ille arguet.* Non quod filius non arguat, ſed quia ſpiritus dabit eis charitatem,& pellet timorem, vt ſit eis libertas arguēdi. A

AVGVSTINVS. Arguitur de peccato qui in Chriſtum non credit.Arguitur & de iuſtitia eorum qui credunt. Ipſa enim fidelium comparatio,infidelium eſt vituperatio. Credant igitur homines in Chriſtū, ne arguantur de peccato infidelitatis quo omnia tenentur. Trāſeant in numero fidelium,ne arguantur de iuſtitia eorū quos iuſtificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur quem iudicatum imitantur.

B ✠ THEOPHYLACTVS. Quando enim viderint per manus diſcipulorum in ſpiritu egregia ſigna & miracula fieri & neque ſic credunt, quomodo non condemnationem digni, & peccato maximo obnoxij? Nam nunc quidem poſſunt dicere quod fabri filius ſum & humilis matris, quamuis ego miracula faciam. Tunc autem incredulitas omni carebit excuſatione ſpiritu in nomine meo talia facienti. Itaque de peccato illos arguet, hoc eſt oſtendet eos abſque venia peccare. Et de iuſtitia quoque arguet,quia ego ad patrem meum vado, hoc eſt oſtendet quod ego cū iuſtus fuerim, & irreprehenſibilem egerim vitam iniuſtè occiſus ſim vt in eius iudicium ad patrem vadam,neque enim ſi iniuſtus fuiſſem ad patrem aſcendiſſem.

b *Et de iuſtitia.* Non de ſua,ſed de credentium iuſtitia mundus arguitur,quorum comparatione damnatur. Vnde non ait. Non videbit me mundus,ſed non videbitis me,vos Apoſtoli. Contra infideles qui dicunt, quomodo credemus quod non videmus? Eſt vera iuſtitia credere quod non videtur,vt qui viderunt hominem,crediderunt Deum. Et cum per aſcenſionem forma hominis ſubtracta eſt viſibus, tunc ex omni parte impletum eſt: C Iuſtus ex fide viuit. Abac.2.a.

c *Et iam,&c.* Id eſt,nunquā videbitis me talem vt modo,id eſt, mortalē iudicandum, ſed glorificatum iudicem. Et hoc eſt iuſtitia fidei, de qua Apoſtolus. *Et ſi nouimus Chriſtū ſecundū carnē, ſed iā non nouimus,quā quia mundus ab iſtis nō vult accipere,arguitur.* D 2.Cor.5.d.

d *De iudicio.* Quia ſi damnatum illum ſequuntur,cum eo damnātur, & ne ſibi credant parci,terrentur ſupplicio illius ſuperbi.

e *Omnem veritatem, &c.* Promittit quod totum facturus eſt ſpiritus,non quod in hac vita totum compleatur.

f *A ſemetipſo, ſed quæcunque, &c.* AVGVSTINVS. Quia non eſt à ſeipſo, quia ſolus pater de alio non eſt. Nam & filius de patre natus eſt, & ſpiritus de patre procedit, & tamen & filius & ſpiritus æqualis patri eſt. Sed quæcunque audiet loquetur, audiet ab eo à quo procedit. Audire illius ſcire eſt, idem eſt & eſſe. A quo illi ergo eſt eſſentia, ab illo audientia,id eſt ſciētia,quæ non eſt aliud quam eſſentia, &c. E De ſempiterna re, propriè dicatur eſt, ſecundum nos bene dicitur,fuit erit.Fuit, quia nunquam defuit. Erit, quia nunquam deerit. Eſt, quia ſemper eſt. Non præteriit, quaſi qui non maneat. Non oritur,quaſi qui non erat.Cum ergo noſtra loquutio per tempora varietur,de eo verè dicuntur verba cuiuſlibet tēporis,quia nullo tempore defuit, deeſt, vel deerit. Et ideo non mirum ſi audiet, dixit de eo qui audiuit & audit,id eſt,ſemper ſciuit, ſcit & ſciet.

g *Ille me clarificabit.* Quia ſpirituales faciendo vos declarabit, quo modo patri filius eſt æqualis, quem ſecundum carnem vt hominē nouerant, vel timorem tollendo faciet vos gloriā meā annunciare toti mundo, quæ non mihi, ſed hominibus proſit. F

h *De meo.* Non quod ſpiritus ſit minor filio. Cur autē hoc dixit,explanat: *Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt.* Propterea dixi,quia de meo accipiet. Ergo de patre accipit ſpiritus, vnde accipit filius,quia in hac trinitate de patre natus eſt filius,de patre procedit ſpiritus. Qui autē de nullo natus eſt, de nullo procedit pater eſt ſolus.

i *Omnia quæ.* AVG. de ſpiritu dicit Chriſtus. Spiritus patris veſtri qui

## NICOLAVS DE LYRA.

Efficacia doni ſpiritusſancti oſtēditur in tribus.

1 Et cum ve. *Hic oſtendit efficaciam illius doni.Et hoc in tribus. Primò:reſpectu ipſius mundi. Secundò reſpectu Apoſtolorum, ibi:* Adhuc habeo *Tertiò,reſpectu Chriſti,ibi:* Ille me clarificabit. *Effectus autem ſpiritusſancti reſpectu hominum mundialiter viuentium eſt argutio ipſorum.Et hoc eſt quod dicit.* Et cū ve.il. *Id eſt,arguendum & condemnādum oſtendet de tribus,ſcilicet.* 2 De pecca. *Infidelitatis in Chriſtum, quia ſine fide mediatoris non remittitur aliquod peccatum.*

Spiritusſanctus arguet mundū de tribus.

3 De iuſtitia. *Scilicet Chriſti, quam non acceptauerunt homines mundani.* 4 Quia ad pa.v. *Per hoc enim quod Chriſtus ad patrem rediens reſurrexit,& ad cœlum aſcendit,declarata eſt iuſtitia eius ſecūdum quod arguit Petrus Act.2.d.* Ieſum Nazarenum virum approbatū à Deo. *Sequitur.* Hunc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius omnes nos teſtes ſumus,dextera ergo Dei exaltatus,&c. *Et huius iuſtitiæ Chriſti declaratio erat perſequutorum eius manifeſta argutio vel condemnatio.* 5 Et iam non v. *Præſentia corporali habitatem vobiſcum,quia poſt aſcenſionem non viderunt eum,licet enim poſt reſurrectionem aliquando eis appareret ante aſcenſionem, tamen non habitabat cum eis ſicut ante,quia iam non erat in mortali corpore.* 6 De iud.&c. *Id eſt,diabolus,ſicut ſupra expoſitū eſt cap.14.* 7 Iam iu. eſt. *Id eſt,condemnatus diuina ſententia tanquam obſtinatus,& per cōſequens omnes ei adhærentes eodem iudicio oſtenduntur condemnabiles.* 8 Adhuc mul. *Hic oſtendit efficaciam ſpiritusſancti reſpectu Apoſtolorū, quæ conſiſtit in illuſtratione ipſorum de profundiſſimis & altiſſimis fidei ſecretis.Et hoc eſt quod dicitur.* Ad. mul.&c. p.por. *Propter veſtram imperfectionem & eorum arduitatem.* 9 Cum autē ve. *Id eſt,ſpiritusſanctus, qui eſt veritas per eſſentiam & effectiuè docendo eam.* 10 Do.vos. *Scilicet neceſſariam ad ſalutem, non ſolum pro perſonis veſtris,ſed etiam ad regimen eccleſiæ & fidelium inſtructionē. Et quia poſſent credere,quod ſpiritusſanctus eſſet maior filio,eo quod debebat docere eos de maioribus,ideo hunc errorem remouet dicens.* 11 Non enim. *Quia ſicut non eſt à ſe,ſed à patre & filio, ita nec à ſe loquitur.Ideò ſequitur.* 12 Sed quæcunque. *Quia ſuum audire eſt ab eis procedere.* 13 Loquetur. *Scilicet vobis.Sed non intelligendum hoc generaliter de omnibus quæ audit ſpiritusſanctus à patre & filio,quia ab eis accipit ſcientiam infinitam, ſed de omnibus pertinētibus ad eorum ſalutem & eccleſiæ regimen, vt dictum eſt.* 14 Et quæ vē. *Multa enim de futuris per ſpiritum ſanctum reuelata fuerunt Apoſtolis,ſicut Ioanni per ſpiritum ſanctum reuelatus eſt proceſſus eccleſiæ vſque ad finem mundi in Apoca.Et Petro ſuum martyrium, ſecundū quod ipſemet dicit,2.Pet.1.c.* Scio quia velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod Dominus Ieſus Chriſtus ſignificauit mihi. *Et Paulo reuelatæ ſunt futuræ ſibi tribulationes in Ieroſolymis,vt habetur Act.20.c.* 15 Ille me cl. *Hic ponitur efficacia ſpiritusſancti reſpectu ipſius Chriſti,quæ fuit declaratio ipſius diuinitatis,quæ manifeſta facta eſt per ſpiritumſanctum Apoſtolis datum,quia ſicut prædictum eſt,illud fuit ſignū maximū ad confirmandum Chriſti doctrinam.Et hoc eſt quod dicitur.* Ille me clari. *A me procedendo.Nec eſt per hoc intelligendum,quod partem eſſentiæ filij recipiat,quia indiuiſibilis eſt, & ideò ſi aliquid capitur,totum capitur,omne autem verbum procedens ab aliquo naturaliter ipſum manifeſtat,& ſic ſpiritusſanctus procedens à filio & totam eius eſſentiam accipiens,totum ipſum manifeſtat.Quod autem ſpiritusſanctus procedat ab ipſo,oſtendit conſequēter dicēs.* 16 Omnia quæ. *Omnia enim quæ ſunt patris,filio cōmunicantur,excepta proprietate paterna,in qua à filio diſtinguitur,& per conſequens virtus ſpiratiua filio cōmunicatur, cum in ipſa pater ei non opponatur. Et hæc eſt cauſa quare ſpiritusſanctus procedit à filio ſicut à patre,quia ſunt vnum in virtute ſpiratiua. Et hoc eſt quod ſubdit.* 17 Propterea dixi.

✠ *Quaſi dicat,*

a ¶ Id eſt nunquam videbitis me mortalem.
a Mōdicum, & † iam non videbitis me, & iterum modicum, 1
¶ Quia obſcure dixit. 2
& videbitis me, † quia vado ad patrem. Dixerunt † ergo ex
diſcipulis eius adinuicē: Quid eſt hoc quod dicit nobis. Mo-
dicum & non videbitis me, & iterū modicū & videbitis me,
b & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod 3
a ¶ In hoc oſtendit ſe Deum, cum ſine verbis eorum intellexit dubitationem. 4
nobis dicit, modicum? Neſcimus quid loquitur. Cōgnouit 5
autem Ieſus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De 6
c hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis
a ¶ Exponit quod dixerat, ſcilicet ſe moriturum & reſuſcitandum.
me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amēn, dico 7
d vobis quia plorabitis, & † flebitis vos, mundus autem gau- 8
debit. † Vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra verte- 9
¶ In reſurrectione & aſcenſione.
e tur in gaudium. Mulier cùm parit triſtitiam habet, quia venit 10
a ¶ Pariendi vel parturiendi. b ¶ Non fœminam, ſed maſculum, quia ad fructum æternæ contemplationis cunctæ actiones referuntur, non ad molliciem huius ſæculi.
hōra eius, Cum autem peperit puerū, iam nō meminit preſ-
a ¶ Id eſt, in vitam æternam.
ſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mūndum. Et 11
a ¶ Adaptat ſimilitudinem. b ¶ Poſt triſtitiam victo impugnatore remunerabo. 12
vōs igitur nunc quidem triſtitiam habetis. Iterūm autem vi- 13

A ſtri qui loquitur in vobis. Et apoſtolus. Si ſpiritus eius qui ſuſcitauit Chriſtum, id eſt, ſpiritus patris. Item Apoſtolus: *Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, & quiſquis ſpiritum Chriſti non habet, &c.* Ita aperte oſtenditur patris & filij eſſe ſpiritus.

a *Modicum.* Dixerat, ſuprà ſine modicum, ad patrem vado, & iam nō videbitis me. vbi viſus eſt aperte loqui, nec quidquam quæſierunt. Nūc autē determinans quādo iturus ſit, id eſt paulò pòſt, & quomodo ſcilicet per paſſionem, dicit, modicum, quod antequā impleretur penitus fuit obſcurum.

† amplius
Matt. 10. c.
1. Pet. 1. d.
Gal. 4. a.
Rom. 8. b.
† Sup. 14. b.

*Modicū.* Id eſt, paruum tempus reſtat vſque ad hoc quod B patiar, & claudar ſepulchro, & iterū paruum tempus vſquequo me videatis reſuſcitatum.

† lamentabimini.
† Iacob. 4. c
1. Cor. 2. d.

Vel paruum tempus eſt, id eſt, triduū quo clauſus non videbo. Et iterum paruum, id eſt, quadraginta dies, quo reſuſcitatus videbor.

✣ Theophylac. Quare Chriſtus receſſum & mortem ſuam in memoriam eis reducit quamuis magis occultanda videantur? mentem eorum exercebat, vt probatiorē officiebat, vt propterea ſemper commemorans triſtia aſſuefacit illos, vt ad C expectationem illorum prouehit. Igitur ſicut hoc loco puſillum & non videbitis me dicens ad triſte ſtatim addicit lætum quiddam, & iterum puſillum vt videbitis me, & ad Deum vado, qui vos iuuare poteſt, & non pereo ſed tranſeo, & ad paruum quidē tempus

tempus ſecuſſus erit, poſtea autem perpetuo conuerſabor vobi- D ſcum. Illi quidē non intellexerunt, vnde admiratur quiſpiam, quomodo non agnouerant quæ dicebat? Videtur ergo, vel triſtitiam adeo mentem eorū inuaſiſſe, vt abiiecerunt doctorum memoriam vel propter obſcuritatem verborum euenit ne intelligerent.

b *Quia vado.* Hoc eſt quia tempus eſt vt depoſita mortalitate humanam naturā cœlis inferam. Vel ſpiritualiter illis quibus loquebatur dicit.

† autem.

c *Modicū & non.* Et ad hoc refertur: *Quia vado, &c.* Non ad illud. *Iterū modicū, &c.* Quod vniuerſæ promittit eccleſiæ. Dicit ergo modicū, nō E quia mortuus ab eis non erat vidēdus donec ſurgeret, ſed quia eundo ad patrem, facturus erat, vt nō eū vlterius mortalē viderent, quod fecit poſtquam ſurrexit & aſcēdit in cœlū. Omnibus autem cōmuniter dicit: *Iterū modicum & non.* Id eſt, totum tempus vſque ad finem ſeculi. *Et vide. me.* ęterna viſione.

d *Quia plorabitis.* Me occiſo, de quo inimici gaudebunt. Similiter plorant omnes boni in erumnis huius ſæculi, ſed mundi amatores gaudent. Boni autem comparātur parienti quæ genuit in partu, ſed lætatur de fructu, & plus gaudet de aduentu futuræ F prolis, quam triſtis eſt de præſenti dolore.

e *Mulier cum parit.* ✣ Theophyl. Exemplum mulieris parientis non per omnia quæras adaptare his quæ circa Ieſum acciderint,

## NICOLAVS DE LYRA.

✣ *Quaſi dicat, propter hoc dixi, quod à me procedit.* Quia omnia quæcunque habet pater, mea ſunt. *Quia mihi communicat omnia, excepta proprietate paterna.* 1 Modicum. *Hic explicat ea quæ ſupra dixerat ad eorum conſolationem de ſuo reditu. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur dicta explicatio. Secundò, ex hoc ſequens diſcipulorum dubitatio, ibi:* Dixerunt ergo. *Tertiò, dubitationis expoſitio, ibi:* Cognouit ergo. *In prima igitur parte ad eorum conſolationem oſtendit, quod tempus modicum erat futurum vſque ad ſuum reditum per reſurrectionem ſuam, dicens.* Modicum, &c. *Secundùm Auguſt. per iſtud modicum intelligitur tempus ab illa hora quæ loquebatur Chriſtus diſcipulis vſque ad ſuam paſſionem & mortem per quam ſub tractus eſt eis, & ſic non viderunt eum.* 2 Iterum mo. *Per iſtud ſecundum modicū intelligitur tempus ab hora ſuæ mortis vſque ad reſurrectionem ſuā: quia tunc iterū viderunt eum, vtrunque autem tempus modicum fuit ſecūdū verò Chryſoſt. aliter exponitur, quia per primum modicum intelligitur, tempus ab hora paſſionis vſque ad tempus reſurrectionis. Et tunc eſt ſenſus:* Modicum & non. *Quaſi dicat, tempus in quo non videbitis me per ſubtractionem à vobis in mea morte erit modicum, & ideo non debetis deſolari. Per ſecundùm modicum, cum dicitur.* Iterum modicū. *Intelligitur tempus ab hora reſurrectionis vſque ad aſcenſionem, in qua apparuit eis loquens de regno Dei, vt habetur Act. 1. a.* Et illud tempus fuit modicum reſpectu temporis ſequentis vſque ad finem mundi. *Ideò ſubdit.* 3 Quia va. &c. *Quaſi dicat, quando in cœlum aſcendam, ex tunc non videbitis me communiter loquendo, niſi in generali reſurrectione, propter quod dicitur Act. 1. b.* Viri Galilæi quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlū ſic veniet quemadmodū vidiſtis eū. *Q. amplius non videbitur in terra præſentia corporali, vſquequo veniet ad iudiciū. Quod enim aliquibus ſanctis apparuit poſtea, fuit ex ſpeciali gratia, ſicut apparuit Ioanni Euāgeliſtæ ante mortē ſuam, vocās eum ad cœleſtem gloriam. Similiter & Petro apparuit ante crucifixionē ſuā dicens ei:* Vado Romam iterū crucifigi. *Quia in crucifixione Petri futura dicebat ſe Chriſtus crucifigi, Sicut in perſequutione fideliū dicit ſe perſequutionē pati. Act. 9. a. Et ſimiliter apparuit Paulo quando fuit proſtratus de cœlo, vt habetur ibi. Et iſta expoſitio Chryſ. magis eſt conſona verbis Chriſti, vt poſt videbitur magis.* 4 Dicebant. *Hic ponitur diſcipulorum dubitatio, quia in verbis Chriſti erat obſcuritas ex hoc quod ibi videbatur quædam cōtradictio in hoc quod dixerat.* Modicum & non videbitis me. *Et poſtea:* Iterum modicum & videbitis me. *Et ideo dubitauerunt de intellectu iſtorum verborum. Et patet litera.* 5 Cognouit. *Hic ponitur dubitationis ſolutio. Et diuiditur in duas, quia primò dubitatio eorum ſoluitur. Secundò, exemplum ad propoſitum inducitur, ibi:* Mulier autem. *In prima parte dicitur ſic:* Cognouit autem Ieſus, &c. *Hoc enim Cognouit Chriſtus inquantum Deus, cuius eſt proprium ſecreta cordiū cognoſcere propria virtute. Cognouit etiā hoc inquātum homo quia anima Chriſti videt in verbo omnia quæ Deus videt ſciētia viſionis.* 6 Et dixit eis: De ho. q. in. v. *Ad hoc reſpondendo præuenit eorū interrogationē, vt oſtēderet ſe ſcire mētis eorū intentionē.* 7 Amē amē. &c. *Q. per illud quod dictū eſt.* Modicū & nō vi. me. *Intelligitur tempus meæ paſſionis vſque ad reſurrectionē meā, in quo flebitis propter meā abſentiā.* 8 Mundus a. g. *Quia in triduo mortis Chriſti Iudæi mundialiter viuentes ſunt gauiſi, credentes extinxiſſet totam ſectam Chriſti.* 9 Sed triſtitia ve. ver. in g. *In hoc exponit illud quod ſupra dixerat.* Iterum modicum & videbitis me. *Quia in tēpore in quo eis apparuit poſt reſurrectionem ſuam gauiſi ſunt viſo Domino. Et ſic patet ex verbis Chriſti expoſitis quod ſuprà dixeram, quod expoſitio Chryſoſto. propinquior eſt literæ quam expoſitio Auguſt.* 10 Mulier. *Declarat quod dixerat per exemplū mulieris in dolore partus triſtitiam patientis, ſed in natiuitate pueri gaudium ſuperueniens abſorbet præcedentem triſtitiam Mulier iſta, eſt eccleſia ſeu Apoſtolorum collegium, in quo pro tunc erat tota eccleſia fidelium. Triſtitia partus eſt dolor de paſſione Chriſti, qui fuit in illo collegio. Natiuitas hominis eſt reſurrectio Chriſti, qua Chriſtus de nouo proceſſit ad vitam immortalem, quātum ad corpus quod prius fuit mortale, & ideo ad hoc deſignandum dixit Saluator.*

Diuiſio.
Diuiſio.
Ioan. 20. c.

11 Quia natus eſt homo in mundum. *Et non dixit, puer, quia Chriſtus homo perfectus vitam immortalem inchoauit per ſuam reſurrectionem. Sequitur.*

12 Et vos igitur nunc quidem triſtitiam. *Scilicet tempore meæ paſſionis & mortis.*

13 Iterum au. vi. vos, & gau. cor v. *Poſt meam reſurrectionem.*

A cederint,ſed tantum vt oſtendatur quod temporalis ſit dolor & magnum lucrum doloris & reſurrectionis partus ad vitam & regenerationem alia autem omnia ad exemplum non alludunt, & merito,Parabola enim ſi per omnia ſeruetur, non eſt parabola, ſed illud ipſum quod per parabolam ſignatur.Et hoc loco intelligimus per dolorem parientis triſtitiam Apoſtolorum, vt per gaudium conſolationem reſurrectionis. Et iterū per ſolutionem dolorum parientis deſcenſum ad inferos, & per natiuitatē, reſurrectionem primogeniti ex mortuis. Porrò non vltra ſignatur infernus per matrem,non enim gauiſus eſt in-
B ferus ſed Apoſtoli gauiſi ſunt gaudio quod nullus abſtulit ab eis,tūc enim gaudebant, quando pro nomine domini aſpergebantur conuitiis inſuper dicendo. *Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Oſtendit quod vltra non moriatur,ſed perpetuo viuens illis incorruptibilis gaudij ſit author futurus.

a *Si quid petieritis.* AVGVST. Ita ſane intelligendum eſt, quod ait, dabit vobis,vt ea beneficia ſignificata ſciantur quæ ad eos qui petunt propriè pertinent. Exaudiuntur enim ſancti pro ſeipſis,non autem pro omnibus aliis amicis,vel inimicis.

✠ THEOPHYLACTVS. Nullus ex his qui mundana petunt ac animabus dānoſa in nomine Chriſti petit. Ideò neque accipit. Nomen enim Chriſti diuinum eſt ac ſalutare, quando autem quis petit quæ ad perditionem animę pertinent,quomodo dicemus illum in ſalutaris nomine petere.

Homil. 28. in Euāgelia ✠ GREGO. Si omne quod petimus in nomine filij dat nobis pater,quid ergo eſt quod Paulus ter dominum rogauit, vt exaudiri non meruit ſed dictum eſt illi. *Sufficit tibi gratia mea nā virtus in infirmitate proficitur.* (2. Cor. 12.)
C Nunquid ille iam egregius prædicator in filij nomine non petiit? Quare autem non accepit quod petiit. Quomodo ergo verum eſt quia quidquid petierimus patrem in nomine filij dat nobis pater. Si auferri à ſe Angelū Satanæ petiit Apoſtolus in nomine filij vt tamen quod petiit non
D accepit? Sed quia nomen filij Ieſus eſt. Ieſus autem Saluator,vel etiā ſalutaris dicitur,ille ergo in nomine Saluatoris petit quod ad veram ſalutem pertinet nam ſi id quod non expedit petitur, non in nomine Ieſu petitur pater.

a ¶ Quia gaudium ipſorum Chriſtus eſt, qui iam non moritur.
debo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum 1
a ¶ Aeternæ viſionis, quod non in hac vita. ¶ Non petetis vel interrogabitis, quia tunc erit plena cognitio & ſufficientia.
nemo tollet à vobis. Et in illo die me nō interrogabitis quid- 2
¶ Quod ſi aliquid non nihil. 3
a quam. † Amen amen dico vobis, † ſi quid petieritis patrem 4
¶ Conſili meæ præſentiæ.
b in nomine meo, dabit vobis. * Vſque modo non petiſtis 5
a ¶ Quod aliquid ſit comparatione rei permanentis. b ¶ Quod non cognouiſtis ſicut cognoſcendum eſt. c ¶ Nunc autem peti.vt gau. veſtrum.ſit ple. quod eſt in æternis, & verè accipietis. 6
quidquam in nomine meo. Petite & accipietis, † vt gaudium 7
c veſtrum ſit plenum. Hæc in prouerbiis loquutus ſum vobis. 8
d Venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed pa- 9 10
a ¶ Intus in corde, non aure 11
lam de patre meo annunciabo vobis. In illo die in nomine 12

(†Mat. 21. c. Marc. 11. c. — †quod quæcunque. — * Sed. — † 1. Ioā. 1. b.)

b *Dabit vo.* In futuro non rogabitis,ſed modo petite, & dabitur vobis, quod ad vos pertinet, & ſi nō omnibus illis quibus petitis, & ideò dicitur vobis.

c *Hæc in pro.* Quæ hucuſque dixi quaſi in prouerbiis (quæ ſolent homines audire, ſed non intelligere) dixi, quia animales eſtis. *Animalis autem qui non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei.* Quæcūque dicuntur de incorporea & immutabili ſubſtantia, habet quaſi prouerbia. *Sed venit hora.* Qua dato ſpiritu faciam vos ſpirituales,vt cer-
E tiſſima intelligentia mentis (& ſi non vt in futuro) Deum videatis & tunc palam de patre nunciabo,vt ipſum & me eiuſdē ſubſtantiæ intelligatis,& tunc, *In nomine meo petite.* Quia tunc verè cognoſcetis & ſcietis quod ſi vt homo rogo patrem, vt Deus exaudio cum patre,vnde dicit: *Et non dico vobis,quoniam ego ro. pa.*

*Hæc in prouerb.* Quo modo poſſunt petere plenum gaudium, ſubdit, quia de animalibus quod ſunt faciet ſpirituales, vt ablatis omnibus imaginibus corporum, pura facie mentis ſyncerae luci cohæreant.

✠ THEOPHYL. Parœmia eſt ſermo oblique & occultè ac per parabolas totum argumentum oſtendens. Quia igitur Dominus multa iis occulte dixerat,ac parabolam narraret de muliere ac parte dicit. *Hæc per prœmias loquutus ſunt vobis, &c.* Poſt
F reſurrectionem enim cum ſe exhibuiſſet viuum per quadraginta dies loquebatur eis de patre magis myſtica & manifeſtiora.

d *Palam de patre meo.* ✠ GREGORIVS. Filius quippe de patre palam anunciat quia ſicut ſuperius diximus,per hoc quod verbum eſt,ex natura nos diuinitatis illuſtrat. Verba enim tunc (Moral. 30 c. 12. e.)
docentium,

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Et gaudium veſtrum, nemo tollet à vobis. *Quia vita Chriſti quæ fuit materia huius gaudij immortalis erat, non amplius auferenda per mortem, quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam no moritur &c. vt dicitur Roma. 6. b. Iſtud verò gaudium Apoſtolorum de Chriſti viſione fuit inchoatum poſt reſurrectionem Chriſti, ſed poſtea conſummatum in gloria cœli.*

2 Et in illo d. *Hic explicat Chriſtus quod ſuprà dixerat de acceſſu diſcipulorum ad patrem. Et diuiditur in duas, quia primò explicat erga diſcipulos patris familiaritatem, ſecundò, ſubiungit ſui dicti rationē, ibi:* Hæc in prouerbiis. *Dicit igitur primò ſic.* Et in illo die. *Id eſt in tempore poſt reſurrectionem meam.* (Diuiſio.)

3 Me non interrogabitis quidquam. Amē, &c. *Q. ex præſentia ſpiritusſancti vobis à patre miſſi ſic eritis illuminati, quod non indigebitis quærere ſicut modo, neque edoceri. Sed contra hoc videtur. Pro illo tēpore petiit à Chriſto Petrus de Ioanne.* Hic autē quid? *Vt habetur infrà vlti. cap. Similiter Apoſtoli petierūt à Chriſto:* Domine, ſi in tēpore hoc reſtitues regnū Iſrael? *Vt habe. Act. 1. a. Dicendū quod intelligitur de quæſtionibus ſic irrationabilibus ſicut ante reſurrectionem Apoſtoli faciebant Chriſto, qualis fuit quæſtio Philip. ſuprà poſita. 14. b.* Domine oſtende nobis, &c. *Et conſimiles quæſtiones quæ frequēter leguntur in euangeliis ab apoſtolis factæ. Poſt reſurrectionem verò Chriſtus aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Luc. 24. g. Et ideò fuerunt edocti de multis quæ prius ignorabant & propter hoc non indigebant quærere ſicut ante, & ſi aliqua quærebant rationabilius quærebant, ideò per verba ſupradicta non intendit Saluator excludere ab Apoſtolis omnē quæſtionem, ſed exprimere eorum inſtructionem per intellectum ſcripturarum. vt dictum eſt.*

*Aliter exponit Auguſtin. In illo die me non interrogabitis quidquam, id eſt, in æterna beatitudine, quæ eſt dies vna continua, vbi vident beati clarè in diuina eſſentia quæ expedit eos videre nec oportet aliquid eos interrogare. Prima tamen expoſitio propinquior eſt literæ præcedenti & ſubſequenti vnde ſequitur.*

4 Si quid petieritis patrem in nomine meo. *Id eſt, pertinens ad ſalutem, quia Ieſus quod eſt nomen Chriſti ſalus interpretatur.*

5 Dabit vobis. *Suppoſitis tamen cum hoc aliis duabus conditionibus ſupradictis, cap. 15. Scilicet, quod petitio fiat pro ſe, & perſeueranter.*

6 Vſque modo non petiſtis. *Apoſtoli enim ante reſurrectionem Chriſti ita non cognouerunt virtutem nominis Chriſti, ſicut poſt, & ideò adhuc ignorabant, quod omnis eorum petitio eſſet exaudibilis in nomine Chriſti.*

7 Petite & accipietis. *Hic gratiam in præſenti.*

8 Vt gaudium veſtrum ſit plenum. *Id eſt futura beatitudine, quia ad eius conſequutionem debent ordinari omnes preces eccleſiæ.*

9 Hæc in prouerb. *Hic reddit cauſam ſui dicti, videlicet quare diſcipuli habebant talem acceſſum & familiaritatem ad patrem poſt reſurrectionem. Duo enim faciunt familiaritatem cum aliquo, ſcilicet eius notitia, & amor. Poſt reſurrectionem autem & ſpiritusſancti receptionē apoſtoli fuerunt perfecti in notitia & amore Dei. Et hæc eſt cauſa quare fuerunt magis familiares ei quam ante, & hoc eſt quod dicitur:* Hæc in prouerbiis loquutus ſum vo. *Quaſi dicat, ante paſſionem meam parabolicè & obſcurè loquutus ſum vobis. ſicut patet ex decurſu euangelij.*

10 Venit hora cum iam non in prouer. *Id eſt, obſcurè.*

11 Loquar vobis, ſed palam de patre meo annunciabo vobis. *Quia Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam clarius & expreſſius docuit Apoſtolos de regno Dei quam ante. Ipſi enim erant magis capaces, quia habebant ſenſum apertum ad intellectum ſcripturarum, vt habetur Luc. vltimo g.*

12 In illo die in nomine meo pe. *Quia ſicut dictum eſt, poſt reſurrectionem Chriſti cognouerunt magis virtutem nominis Chriſti quam ante, & ideo ſuas petitiones in Chriſti nomine formabant, & propter hoc orationes eccleſiæ in fine formantur in Chriſti nomine, dicendo, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. vel aliquid ſimile.*

✠ 1 Et non

☞ docentium, quaſi quoſdam humanæ linguæ rutilos non quæ-
A runt, quando de ipſo iam veritatis fonte iam inebriantur.

a *Ipſe enim.* Amat nos pater, quia amamus filium, cum à patre & filio accepimus vt amemus patrem & filium: data charitate per ſpiritum, quem & ipſum amamus cum patre & filio, prior amans facit in nobis quod ametur.

b *Iterum relinquo mundum*, Reliquit mundum corporali præſentia. Vadit ad patrem, quia humanitatem ad inuiſibilia paternæ maieſtatis induxit. Reliquit mundum, quia ab aſpectu amatorum mundi, quod viderant abſtulit. Redit ad patriam, quia
B amatoribus ſuis ſe æqualem credendum docuit patri.

c *Dicunt ei diſcipuli eius.* Cum nondum veniſſet hora, quam promiſit: Ecce nunc palam loquitur. Illa quæ Dominus ſcit non intelligentibus eſſe prouerbia: illi vſque adeo nobis intelligunt, vt nec ſaltem ſe non intelligere intelligant. De qua eorum infirmitate admonens reſpondit: *Modo crederitis, &c.*

d *Nunc ſcimus quia ſcis omnia.* Apertè oſtendunt, quia loquens de eis, ad eos maximè agebat quæ illos delectabant audire: & quæ ipſi interrogare volebant, hæc ipſe præueniens
C vltrò proferebat, & ideò illum quia cogitationes nouerat, confitentur ſcire omnia quaſi Deum & Dei filium.

e *Et non opus eſt tibi vt quis te interroget.* Cum ſcias omnia, non eſt opus vt interroges aliquem à quo aliquid ſcias. Vel e- D
tiam interrogeris ab aliquo præſciens quid ille velit. Si autem aliquando interrogauit vel interrogatus eſt, non eis, ſed aliis opus fuit,

f *Modo creditis.* Vt paruuli quibus quæcunque alta adhuc prouerbia ſunt creditis, ſed venit hora paſſionis, & iam propriè eſt, in qua ita perturbamini, vt quod modo creditis relinquatis, non modo corpore, ſed etiam mentis fide, vnde: Sperabamus, quod redempturus eſſet Iſrael.

g *Et non ſum.* Ecce profecerunt, ſed Luc.24.c.
ad maius vult eos extendi vt cum dixerint, à Deo exiſti, dicat. Pater mecum eſt nec ſic putent à Deo exiſſe, vt putent etiam receſſiſſe. E †Mat.26.c. Marc.14.c. Zach.13.c.

h *Quia pater mecum eſt.* Dixerat relinquo mun. & vado ad patrẽ nunc dicit: *Pater mecum eſt*, quod intelligenti eſt verbum non intelligenti prouerbium. Cui ſi non eſt cibus tamen lactis eſt alimentum. Ex quo eſt, quod ſciebant eum noſſe omnia.

✻ THEOPHYLACTVS. Cum igitur audieris clamantem *Vt quid me derelinquitis?* Ne ſic ſimpliciter intellige, quod derelictus ſit ſaluator à patre alioqui quomodo hoc loco teſtare- F
tur. *Pater mecum eſt.* Sed intellige vt ab humana natura dictũ derelicta propter peccata & abiecta, in Chriſto autem conciliata & aſſumpta per patrem.

a ¶ Quia nihil tunc deerit, & ſi nunc rogo.
meo potetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem 1
¶ Ideò ita exaltamini.
a de vobis. Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis &
a ¶ Carne ſumpta, non tamen deſerui. ¶ Autem. ¶ Viſibiliter.
credidiſtis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mun- 2
a Corporali diſceſſione, non gubernatione præſentiæ. 3
b dum Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt 4
¶ Palam loqui æſtimant, cum dictorum eius nequeant comprehendere myſteria. 5
c ei diſcipuli eius: Ecce nunc palam loqueris & prouerbium 6
¶ Docenti qui ſponte omnia dicit, ſciens quid quæſiturus velit aliis opus eſt interrogare 7
quia aliter neſciret quid quæſitor ſcire vellet. 8
d nullum dicis. Nunc ſcimus, quia ſcis omnia, & non opus eſt 9
¶ Quod ſcis omnia. 10
e tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo exi- 11
¶ Vt paruuli. 12
f ſti. Reſpondit eis Ieſus. Modo creditis: † Ecce venit hora, & 13
a ¶ In veſtræ infidelitatis torporem 14
iam venit, vt diſpergamini vnuſquique in propria; & me ſo- 15
g 16
h lum relinquatis & non ſolus, quia pater mecum eſt. Hæc 17
18

☞ *In me*

## NICOLAVS DE LYRA.

✻ 1 Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis Ipſe enim pater amat vos, quia vos me amaſtis & crediditis quia à Deo exiui. *Quaſi dicat non dico quod ſit tunc vobis neceſſe habere interceſſorem medium in petitionibus veſtris, ſicut modo. Ante paſſionem enim Chriſti, apoſtoli tantum confitebant de præſentia corporali eius quod in omnibus ad ipſum recurrebant, ſed poſt paſſionem ipſimet ſuas petitiones ad Deum formabant, ideò Chriſtus per illa verba vult exprimere, quod ſecurè poſſent hoc facere propter familiaritatem patris ad ipſos, vnde ſimilis eſt modus loquendi, acſi dixiſſet Chriſtus apoſtolis: Tantam familiaritatem habebitis ad Deum, quod per voſipſos poteritis accedere ad eum & impetrare, non tamen per hoc excludit ſuum adiutorium, ſed exprimit cum quanta ſecuritate poterunt orare Deum. Conſimili modo loquebatur ſancta Agatha à Deum iam glorioſa in cœlis, beatæ Luciæ exiſtenti in terris: Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid à me petis quod ipſa poteris præſtare? &c. Non enim excludebat à beata Lucia ſuum adiutorium, ſed exprimebat cum quanta ſecuritate poſſet rogare Deum. Et hoc modo Chriſtus loquebatur Apoſtolis, ad exprimendum erga eos amicitiam Dei patris propter hoc ſequitur:* Ipſe enim pater amat vos &c. *Sequitur.*

2 Exiui à patre. *Non per loci mutationem, ſed per æternam generationem & perſonalem diſtinctionem.*

3 Et venit in mundum. *Per carnis aſſumptionem.*

4 Iterum relinquo mundum. *Quantum ad corporalem præſentiam.*

5 Et vado ad patrem. *Faciendo naturam mortalem paternæ gloriæ conſortem, ſicut ſuprà expoſitum eſt ca. 13.*

6 Dicunt ei diſcipuli eius. *Poſtquam Chriſtus explicauit rationes ſupra poſitas ad diſcipulorum conſolationem, hic conſequenter oſtenditur effectus prædictæ explicationis, qui eſt plenior cognitio apoſtolorum. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur*
Diuiſio. *iſta plenior cognitio, ſecundò, ſubditur ipſorum infirma diſpoſitio, ibi:* Reſpondit Ieſus. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Dicunt ei diſcipuli eius. *Clarius intelligentes quam ante.*

7 Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. *Clarius enim loquebatur de proceſſu eius à patre, & de aduentu eius in mundum per carnis aſſumptionem, quam fecerat ante & ideo deitatem clarius intelligentes dicunt.*

8 Nunc ſcimus, quia ſcis omnia. *Ex doctrina enim eius & miraculis plenius eius deitatem cognoſcebant.*

9 Et non opus eſt tibi, vt quis te interroget. *Hoc enim videbant ex hoc, quod præuenerat eos reſpondendo antequam interrogarent vt dictum eſt.*

10 In hoc credimus. *Id eſt, ex dictis & factis prætertiis.*

11 Quia à Deo exiſti. *Et ſic fidem quam habebant in corde, confitentur ore.*

12 Reſpondit eis Ieſus. *Hic prædicitur eorum conditio infirma ne ex pleniori cognitione habita eleuentur, & cautiores contra pericula reddantur cum dicitur.*

13 Modo creditis. *Quaſi dicat, parum ſtabitis in hac fidei confeſſione.*

14 Ecce venit hora, & iam venit *Quia extunc incipiebat tempus ſuæ paſſionis, de quo loquebatur.*

15 Vt diſpergamini vnuſquiſque in propria. *Sicut enim propter fidem Chriſti apoſtoli propria reliquerant, & adinuicem & cum Chriſto colligati erant per amorem, vt habetur Matth. 19. d.* Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te. *Ita è contrario propter infirmitatem eorum in fide, imminente Chriſti morte diſperſi ſunt ab inuicem, & à Chriſto quærentes proprium commodum. ideò ſubditur.*

16 Et me ſolum relinquatis. *Quod factum eſt in captione quæ imminebat de proximo verumtamen ex fuga eorum nullum detrimentum accidit Chriſto, ideò ſubditur.*

17 Et non ſum ſolus quia pater mecum eſt. *Quia humanitas remanſit deitati coniuncta, in qua deitate pater & filius ſunt vnum quaſi dicat in mea paſſione non indigeo veſtra præſentia, cum habeam præſentiam patris omnipotentis.*

18 Hæc loquutus ſum vobis. *Hic concluditur concluſio principaliter intenta. Ad hoc enim dixit Chriſtus prædicta omnia, vt apoſtoli firmarentur contra tribulationes imminentes & hoc eſt quod dicitur:* Hæc loquutus ſum vobis. *Scilicet ad hunc finem.*

7 Ecce

✻ Vt in me

a *In me pacem habebitis.* ✠ GREGORIVS. Carnem & væ
A diſcipulis prædicabat Dominus cum dicebat. *Hæc loquutus ſum vobis vt in me pacē habeatis, &c.* Ac ſi apertè diceret. Si vobis de me interius quod conſolando reficiat quia erit de mundo exteriùs quod ſanando grauiter premat, infirmus enim quiſque cum premitur à ſpe gaudij nimia pu-
B ſillanimitate laſſatur, & dum foris aduerſa tolerat minus obliuiſcitur quo gaudebant.

a loquutus ſum vobis, vt in me pacem habeatis. 1
a ¶ Contra preſſuras hortatur. b ¶ Quod fecerunt dato ſpiritu, & vicerunt, non vt prius reliquerunt ſolum.
b In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, 2
a ¶ Vici in me & in meis. ¶ Ego caput vlt um vici. magna ſpes membris. 3
ego vici mundum.

b *Sed conſi.*

b *Sed cōſi. &c.* ✠ THEO. Omnia enim ei ſubiecta ſunt vt ceſ- D
ſarunt, ſicut igitur Adam victo omnis natura condemnata eſt, ita vbi Chriſtus vicit in omnem naturam victoria trāſiit, & virtus noſtra in Chriſto Ieſu gratiam aſſecuta eſt calcādi ſuper ſerpentes & ſcorpios & ſuper omnē poteſtatē inimici. Per hominē enim intrauit mors & per hominem vita vt imperium cōtra diabolum, nam ſi nudus homo viciſſet nihil ſpectaſſet ad nos. E

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Vt in me pacem habeatis. *Aduenientibus tribulationibus futuris, quia ſicut graue quietatur in loco proprio, ita cor humanum in Deo.*

2 In mundo preſſuram habetis. *Id eſt, à mundanis hominibus vos perſequentibus.* In me pacem ha. *Sancti enim viri non habent puras tribulationes, quia habent conſolationem Dei admixtam, ſed mali habent eas puras, non habentes conſolationem vllam.*

3 Sed confidite, ego vici mundum. *Quantum ad concupiſcentiam carnis per auſteritatem, quantum ad concupiſcentiam oculorum per paupertatem, quantum ad ſuperbiam vitæ per humilitatem. In hac victoria Chriſti debent confidere ſancti quia conſideratione eius armati*
Quæſtio. *faciliter ſuperant tribulationes mundi. Propter quod dicit Petrus prima epiſtola, 4. a.* Chriſto in carne paſſio, & vos eadem cogitatione ar. &c.

*Occaſione cuiuſdam dicti in hoc cap. quæritur, vtrum plenitudo ſpirituſſancti debuit dari immediatè poſt aſcenſionem Chriſti?*

*Et arguitur primò quod non, immo debuit dari ante, quia plenitudo gratiæ debuit dari in temporis plenitudine, ſed plenitudo temporis incepit à natiuitate Chriſti, ſecundum quod dicit Apoſtolus ad Galat. 4. a.* At vbi venit plenitudo temporis miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, &c.

*Item arguitur, quod adhuc plenitudo gratiæ non ſit data. quia ſicut filius eſt à patre ſic ſpirituſſanctus ab vtroque. Status autem veteris teſta. correſpondet patri, in quo intendebant patres generationi. Similiter ſtatus nouæ legis correſpondet filio in quo clerici intendentes ſapientiæ, filio appropriatæ, habent populum regere ergo videtur quod futurus ſit alius ſtatus, ſpirituiſancto correſpondens. In tempore ſpirituiſancto correſpondente debet plenitudo gratiæ dari ergo, &c.*

*Contra vtrunque prædictorum arguitur per illud quod dicit Saluator diſcipulis ſuis in litera.* Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. *Ex quo patet, quod ante aſcenſionem Chriſti non fuit data plenitudo ſpirituſſancti. Sequitur:* Si autem abiero, mittam eum ad vos. *Ex quo patet, quod ſpirituſſanctus cito poſt Chriſti aſcenſionem fuit datus.*

*Reſponſio Circa hanc queſtionem errauerunt Manichæi occaſione*
Error Manichæorum *verborum Chriſti, ſecundùm quod dicit Auguſt. in lib. contra Fauſtum Chriſtus enim in hoc cap. loquens de aduentu ſpirituſſancti, dixit Apoſtolis:* Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Apoſtoli autem omnem veritatem non cognouerunt, ſecundum quod dicit apoſtolus. 1. ad Corinth. 13. c.* Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. *Ideo dixerunt, quod promiſsio ſpirituſſancti non fuit impleta in Apoſtolis. Sed in ipſo Manichæo, qui fuit poſterior ipſis, & ſecūdùm eos cognouit plenitudinem veritatis. Propter quod Manichæi non recipiunt librum Actus Apoſtolorum, quia ibi expreſſè ponitur miſsio plenitudinis ſpirituſsancti ſuper Apoſtolos, vt patet Act. 2. a. Sed dictum iſtorum Manichæorum manifeſtè patet falſum, quia*
Confutatio *Manichæus quem dicunt omnem veritatem cognouiſſe non ſolummodo multa falſa, ſed etiam abſurdiſsima dixit, vt patet intuenti eius errorem, & erroris reprobationem à doctoribus noſtris, 2. ſententiarum, & 3. & in pluribus aliis locis, quod omitto proſequi ratione prolixitatis vitandæ, & quia hæreſis Manichæi & eius reprobatio ſunt ſatis notæ. Propter quod dicendum, quod plenitudo ſpirituſſancti ſecundum quod* Plenitudo ſpirituſſancti completa in Apoſtolis.
*Chriſtus promiſerat, fuit completa in Apoſtolis qui fuerunt ipſi Chriſto propinquiſsimi, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis.* Col. 2. b. *Veruntamen non fuit data iſta plenitudo apoſtolis ante aſcenſionem Chriſti. Cuius ratio eſt, quia ad hoc datur ſpirituſſanctus hominibus, vt corda eorum trahantur ſurſum per appetitum cœleſtium. Appetitus autem hominis non tendit efficaciter ad aliquid, niſi illud apprehēdatur poſsibile: & ideo poſsibilitas perueniendi ad cœleſtia debuit prius hominibus declarari, quam daretur plenitudo ſpirituſſancti. Illa autē poſsibilitas fuit declarata in Chriſti aſcenſione ſecundùm quod dicitur Mich. 2. d.* Aſcēdit ante eos pandens iter. *Et ideo plenitudo ſpirituſſancti non debuit dari ante aſcenſionem Chriſti, propter quod dicitur ſuprà Io. 7. f.* Nondum erat ſpirituſſanctus datus, quia nondum fuerat Ieſus glorificatus. *Secunda ratio eſt ad hoc, quia ſpirituſſanctus eſt amor ſpiritualis, & ideo apoſtoli prius debuerunt diſponi per aliquem ſpiritualem amorem ad Chriſtum antequam reciperent plenitudinem ſpirituſſancti. Talis autem diſpoſitio facta eſt ſubtracto amore carnali ad Chriſtum, qui cauſabatur ex præſentia corporali ipſius Chriſti cum Apoſtolis. Quæ quidem præſentia ſubtracta eſt in eius aſcenſione, ideo &c. Tertia ratio eſt ad hoc, quia Chriſtus non dat ſpiritum ſanctum inquantum homo, ſed inquantum Deus, & ideo prius debuit declarari eius diuinitas per aſcenſionem ad patris æqualitatem quam daret ſpirituſſancti plenitudinem. Item non debuit retardari talis plenitudo per magnū tempus, quia ſicut iam dictum eſt, decens erat illi qui erant vt primi fundatores eccleſiæ poſt Chriſtum, poſt ipſum in maiori plenitudine haberent ſpiritumſanctum, quibus ſtatim imminebat tempus prædicandi veritatem euangelij per orbem vniuerſum, tamen de plenitudine poteſtatis diuinæ poteſt dari plenitudo ſpirituſſancti indifferenter in quolibet tempore.*

*Ad primum dicendum, quod plenitudo gratiæ incepit à Chriſti con-* Plenitudo gratiæ quādo incepit.
*ceptione, quia eius anima ex tunc plenitudine gratiæ fuit repleta, veruntamen illa plenitudo non erat extunc ad alios deriuanda, ſed poſt aſcenſionem & glorificationem Chriſti, vt patet per prædicta. Non enim oportet quod à principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratiæ ſed ſecundum ordinatum proceſſum diſpoſitionis diuinæ.*

*Ad ſecundùm dicendum, quod lex noua ſucceſsit veteri, ſicut perfectum imperfecto, ſed non eſt alius ſtatus expectandus perfectior ſtatu nouæ legis, cum noua lex vltimam perfectionem poſsibilem in via contineat & ideo non eſt expectanda alia lex vel alius ſtatus magis correſpondens ſpirituſſancto, quam ſtatus nouæ legis. Potiſsimè, quia lex noua eſt amoris, amor autem appropriatur ſpirituiſancto ſicut & filio propter quod dicit Apoſtolus Roman. 8. a.* Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu. *Et eodem modo lex vetus non correſpondet patri ſolùm, ſed etiam filio, inquantum fuit ibidem prænunciatus & præfiguratus. Propter quod dixit Saluator, ſuprà 5. g.* Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi de me enim ille ſcripſit.

*Illud autem quod adducebant Manichæi pro ſe:* Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Solutum eſt exponendo literam, quia cognouerunt omnem veritatem eorum ſtatui decentem.*

*Quod autem dicit Apoſtolus, primo Corinth. 13. c.* Ex parte cognoſcimus. *Loquitur de cognitione viæ reſpectu cognitionis patriæ, & ideo non valet, quia apoſtoli cognouerunt ea que docuit eos ſcire pro ſtatu viæ vt dictum eſt.*

### ADDITIO I.

In cap. 16. *Vbi dicitur in poſtilla.* Omnia bona & mala corporalia, minora videntur, & minus ponderantur præſentia quam futura.

*Mala fiunt magis terribilia ex duobus, primò ex magnitudine mali, quod timetur. Secundò ex debilitate timentis, cum minus poſsit reſiſtere. Ad vtrunque autem iſtorum operatur, quod repentinum malum cauſet maiorem timorem, quam malum prouiſum. Ad primum enim quia mala & bona corporalia præſentia minora videntur quam futura. Ad ſecundum verò, quia repentinum malum magis ſubtrahit remedia quibus homo ſe poſſit præparare ad repellendum futurum malum, quod facere non poſſet, cum repente ex improuiſo malum occurrit. Primum iſtorum videtur declarare Tullius, vt in poſtil. Ad ſecundum verò magis videntur declinare verba Gregor. vnde licet eandem concluſionem teneāt, non tamen eiſdem mediis, vt bene inſpicienti patere potuit.*

### ADDITIO II.

In eod. capi. *Vbi dicitur in poſtilla.* Cum venerit ille arguet mundum.

*Ad maiorem declarationem horum verborum, ſcilicet cum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & iudicio, &c. Notandū, quod mundus*

*quòd mundus qui Chriſtum non cognouit vt ſuprà primo cap. quod intelligitur de mundanis, quòd in tribus impugnauerunt Chriſtum. Primò in eius doctrina, quæ eſt veritas, quam non crediderunt. Secundò in eius vita, quæ eſt iuſticia, quam multipliciter exprobrauerunt. Tertiò in eius potentia, quam per iudicium definitiuum quantum in ipſis fuit ſupplantauerunt, eum morti condemnando. Vnde de iſtis tribus ſpiritusſanctus in apoſtolos veniens mundum arguit.* De primo, *quia per eos veritas doctrinæ Chriſti per orbem fuit publicè diuulgata & miraculis confirmata.* De *ſecundo, quia per eius aſcenſionem ſeu reditum ad patrem teſtificata eſt iuſticia eius per apoſtolos, prout poſtillator dicit, & hoc eſt quod dicit, de iuſticia, quia ad patrem vado.* Et *ne fortè quis crederet quòd Chriſtus in cœlum aſcendens iterum ad vitam mortalem rediret, ideò ſubiungit:* Et *iam non videbitis me.* De *tertio, ſcilicet de iudicio mundus arguitur, quia ſicut crediderunt Chriſtum iudicando totam eius poteſtatem euacuare, ſic per oppoſitum princeps huius mundi, id eſt, diabolus fuit iudicatus, & eius poteſtas totaliter ablata reſpectu electorum, quod apoſtoli per ſpiritumſanctum in eis manentem frequenter oſtenderunt, eiiciendo dæmonia, & detegendo illuſiones ſeu errores, eorum vt ſæpiſſimè in eorum geſtis, habetur.*

Mundani Chriſtũ in tribus impugnauerunt.

*ADDITIO III.*

In eodem cap. *Vbi dicitur in Poſtilla.* Sed dictum iſtorum Manichæorum patet falſum.

*Non ſolùm manichæus incidit in iſtum errorem, vt dicit Auguſtinus, ſed fortius & periculoſius Mahumetus, qui ſimiliter fundauit errorem ſuum in his verbis Chriſti & in aliis, in quibus promittit ſe miſſurum alium paracletum, vt Ioan.14.b.* Ego rogabo patrem meum, & alium paracle. mit. vo. *vnde & ipſe vocat ſe miſſum à Deo, vt patet in ſuo Alchorano, in quo falſiora & magis abſurda continentur, vt patet eundem librum legenti, prout Poſtil. etiam tangit, infrà ſequenti capit.*

CAPVT XVII.

¶ Finito ſermone ad diſcipulos, ad patrem verba conuertit, & orare cœpit.

a HÆc loquutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis * in 1
a ¶ Quam conſtitui tecum. 2
b cœlum, dixit: Pater, venit hora, † clarifica fi- 3
c a ¶ Notum faciat omni carni, ſicut ei ſecundùm hominem dediſti poteſtatem carnis, id eſt, hominis, ſic etiam dediſti vt omne quod dediſti ei, det eis vitam æternam. 4
d lium tuu, vt filius tuus † clarificet te. Sicut dediſti ei poteſta- 5
e a ¶ Filio. 6
tem omnis carnis, † vt omne quod dediſti ei, det eis vitam 7
8

CAPVT XVII.

a *HÆc loquutus eſt.* Non ſolùm quæ in cœna, ſed etiam quæ ab initio. Sed maximè quæ in cœna, hac de cauſa dicit
A dicta, vt in illo pacem haberent. Hæc pax eſt pro qua Chriſtiani ſumus, pro qua ſacramentis imbuimur, pro qua omnimodis erudimur, pro qua ſpiritum in pignus accepimus, pro qua in in eum credimus & ſperamus, & amore eius accendimur: Hæc eſt preſſuris
B conſolatio & liberatio, vt in hac liberemur, in fine fœliciter regnemus in hoc
† glorificet ergo ſermone concludit.

b *Pater venit hora.* Potuit orare ſilentio, ſed in orando eſt etiam doctor, & notam facit orationem, quæ & præſentium & futurorum eſt ædificatio. *Venit hora.* Non vrgente fato, ſed diſponente Deo, qui ſine tempore ordinauit omnia quæ fiant per tempora ordine congruo.

† De pœn. diſt. 4. ca. ſi ex bono. circa medium.

C c *Clarifica filium.* Humilitas in paſſione, claritas in reſurrectione cœpit. Venit hora paſſionis, ſeminandæ humilitatis, non differas gloriam reſurrectionis. *Vt filius tuus clarificet te.* Et ſic claritas patris nec augeri, nec minui poteſt in ſe. Apud homines minor erat, dum in Iudæa ſola notus, ſed per reſurrectionem filij vbique innotuit. Pſal.75.a. D

d *Vt filius tuus clarificet te.* In cognitione hominum, ſicut dediſti, vſque vt cognoſcant te, & quem miſiſti. Non enim poteſt cognitione hominum clarificari pater, niſi ille cognoſcatur per quem clarificatur, id eſt, populis innoteſcat, & hæc eſt clarificatio patris, quæ non circa ſolos apoſtolos, ſed etiã circa omnes credentes fit. * ſuis E † glorifica

e *Sicut dediſti, &c.*

THEOPHYLACTVS. Chriſtus quãtum ad ſe attinebat omnes ad fidem adducere curabat quod autem illi non attenderunt non docentis, ſed non ſuſcipientium crimen eſt. Quando autem audieris *dediſti* & *acceperunt*, & ſimilia, intellige ea dicta eſſe ad auditorum captum. Semper enim cauet ne de ſeipſo magna dicat & ſe attemperat infirmitati auditorum, & quia offendebantur magna de eo audientes, loquitur de his quorum capaces ſunt, ſicut & nos ſæpè cum pueris loquimur & panem nominamus ſicut illi. F

*Hæc*

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XVII.

1 HÆc loquutus eſt. *Poſtquam confortauit diſcipulos ſuos per doctrinæ beneficium, hic conſequenter eos conſolatur per orationis ſuffragium. Circa quod notandum, quòd oratio eſt petitio decentium à Deo, ſecundùm Damaſcenum, libro tertio. Et ideò orare nòn conuenit Chriſto ſecundùm diuinitatem, ſed magis orari, quia ſic eſt æqualis Deo patri. Secundum humanitatem autem in qua minor eſt patre, conuenit ei orare, & pro aliis & pro ſe. Diuiditur ergo præſens capitulum in tres partes, quia primò Chriſtus orat pro ſeipſo, ſecundò, pro apoſtolorum collegio, ibi:* Manifeſtaui, *tertiò, pro toto fideli populo, ibi:* Non pro eis tantum. *Prima in tres, quia primò promittit ſuam orationem ſecundò, remouet quandam dubitationem, ibi:* Hæc eſt vita æterna: *tertiò, ſubiungit exauditionis rationem:* Ego te clarific. *Circa primum ſciendum quòd Chriſtus non tantum orauit ad aliquid impetrandum, ſed etiam ad dandum nobis orandi exemplũ, & ideò oratio ſua hic deſcribitur optimis circunſtantiis diſpoſita, primò reſpectu præcedentium cùm dicit:* Hæc loquutus eſt Ieſus. *quia poſt diſcipulorum inſtructionem conuertit ſe ad orationem, ad oſtendendum quod complementum boni operis eſt à Deo requirendum, ſecundò, reſpectu præſentium, cùm dicitur.*

Quomodo conuenit Chriſto orare.

Diuiſio

2 Et ſubleuatis oculis in cœlum. *Inter alias partes corporis diſpoſitio interior mentis maximè relucet in oculis. In oratione autem mens debet in Deum eleuari, quia ſecundùm Damaſcenum, oratio eſt aſcenſus mentis in Deum, & ideò ad hoc denotandum Saluator orando pœnitentialiter oculos leuauit ad cœlum, tertiò reſpectu ſequentium, imminente enim tribulatione debet homo recurrere ad Deum, & ideò Chriſtus in principio ſuæ orationis exprimit tempus ſuæ paſſionis imminentis.* Oratio.

3 Pater venit hora. *Scilicet paſſionis meæ.*

4 Clarifica filium tuum. *In paſſione enim clarificatus eſt à patre. Primò per ſigna diuinitus oſtenſa, quæ ſunt, ſolis obſcuratio, terræmotus, veli & tẽpli ſciſſio, & huiuſmodi, quibus viſis centurio qui erat gẽtilis, dixit:* Verè filius Dei erat iſte. *Secundò, per paſſionem fuit clarificatus, inquantum per ipſam meruit corporis gloriam & exaltationem. Tertiò, quia per hoc venit in totius mundi noticiam per gentium credulitatem. Granum enim frumenti mortuum attulit hunc multiplicem fructum. Hanc igitur triplicem clarificationem petit hic Ieſus. Verumtamen quia gloria filij redundat in gloriam patris, ideò ſubditur.* Matth.27.f.

5 Vt filius tuus clarificet te. *Et non ſolùm redundat in patrem, ſed in omnibus adhærentibus Chriſto per fidem, quia bonum capitis ad membra deriuatur, ideò ſubditur.*

6 Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis. *Id eſt, omnis humanæ naturæ.*

7 Vt omne quod dediſti ei. *Per adhærentiam fidei.*

8 Det eis vitam æternam. *Quia per meritum Chriſti habemus introitum ad gloriam, quam amiſeramus per Adam.*

Hæc

MORALITER.

1 *Hæc loquutus eſt Ieſus, & ſubleuatis oculis in cœlum.* In hoc docuit nos ad cœlum cum oramus leuare oculos, quia ſecundùm Damaſcenum. Oratio eſt eleuatio mentis in Deum.

3 *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Per hoc oſtenditur, quòd per patientiam in tribulatione hoc clarificatur, per patientiæ virtutem. Et Deus clarificatur, nam patiens ſuſtinet ad eius honorem.

*Hæc*

a æternam. Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſo- 1
b lum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego 2
c d te clarificaui ſuper terram, opus conſummaui quod de- 3
e diſti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te- 4
metipſum claritate quam habui priuſquam mundus
f fieret apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominibus, 5

a ¶ Vt te clarificem.

a ¶ Ad dexteram tuam collocando. b ¶ Ab initio ſic præordinatum eſt, vt Deus ſic hominem illum exaltaret.

a ¶ Non quòd iam ſit perfecta manifeſtatio ſine prouerbiis, ſed quod certiſſimè futura. b ¶ Non quo diceris Deus, quod erat notum in Iudæis, ſed quo diceris pater meus, quod ſine filio non noſcitur. c ¶ Apoſtolis, & ferè omnibus gentibus.

a *Hæc eſt autem.* Ordo, Vt cognoſcant te, & quem miſiſti, id eſt, A Chriſtum cum ſpiritu, qui eſt amborum eſſe vnum & ſolùm verum Deum. Si ergo eo modo te clarificat filius ſicut dediſti ei poteſtatem omnis creaturæ, & ſic dediſti *vt omne quod dediſti ei, det ei vitam æternam.* Et hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te. Sic te ergo filius clarificat, vt omnib⁹ quos dediſti ei, te cognitũ faciat.

b *Vt cognoſcant te.* Quod hic eſt ex parte, in futuro erit plenè. Qui ergo proficit in cognitione magis viuere tendit. Quando autem erit plena cognitio, erit B ſine fine laudatio. Et hæc eſt illa clarificatio, ſed prius hic clarificatur, dum innoteſcit fidelibus, vnde *Ego te clarificaui ſuper terram.*

c *Ego te clarificaui ſuper terram.* ✠ THEOPHYLACTVS. Diſce hoc loco quomodo clarificet & pater filium, & filius patrem. *Ego,* inquit, *glorificaui ſuper terrã,* meritò addidit, *ſuper terram:* in cœlis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur. Terra autem ignorabat eum: Igitur quia filius annunciauit eum omnibus, ideò dicit: *glorificaui te ſuper terram.* Omni notitia Dei diſſeminata, & perfecto opere quod dediſti mihi, hoc enim opus eſt incarnationis vnigeniti ſanctificare naturam noſtram, & ꝓſternere rectorem mũdi, qui ſe prius Deum faciebat, & inſerere creaturæ notitiam Dei. Quomodo autem conſummauit hoc cum nondum inceperit? Quotquot dicere vult, qui venerant ad me perfeci, vel quia fecit quod maximum omnium, & radicem bonorum omnium nobis ſubſtrauit dæmone victo, & ſe obiecto voraciſſimæ beſtiæ morti: Radicem hanc neceſſariò ſecu- C turi erant & fructus diuinæ noticiæ, propter hoc dicit, *perfecti opus.*

d Opus

d *Opus conſummaui.* Id eſt, ac ſi apertè futurum diceret, clarifi- D cabo, gentibus prædicando. Opus conſumabo, quia iam factum prædeſtinatione, & pro iam facto eſt habendum, quod certiſſimè eſt futurum. Hanc prædeſtinationem in ſua clarificatione manifeſtiùs aperit, dicens: Quam habui apud te priuſquam mũdus eſſet, id eſt, ſicut tũc in prędeſtinatione habui apud te ante tempora, ita nunc in re fac in mundo in tempore.

e *Dediſti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipſum claritate.* In quo notatur gratia. Nihil enim habet in homine, quod non accepit. Cùm reſtet E paſſio, dicit: Cõſummaui, quia ſe certiſſimè nouit conſummaturum, ſicut propheta ait: *Qui fecit quæ futura ſunt.* Quam- Eccleſ 3.c. uis ergo videatur hic dicere, quòd prior patrem glorificauerit, & poſt à patre eſſet clarificandus, dicendo: *Et nunc clarifica me pater apud temetipſum,* tamen de futuro eſt vtrumque, & eo ordine vt ſuprà: *Pater clarifica filium tuum, vt fi.te.cla.* Eadem enim eſt ſententia, niſi quia hic dictus eſt clarificationis modus, qui ibi erat tacitus, quomodo pater clarificetur & filius clarificat patrem ſuper terram, pater filium apud ſeipſum.

f *Homini.* Poſſunt hæc omnia dici de omnibus fidelibus futuris. Et eſt hæc clarificatio quam clarificatus filius clarificat patrem ſuper terram, ſecundùm quòd eſt præteritum pro futuro. Sed credibilius eſt de his dici, qui tunc erant diſcipuli, cùm poſt dicat: Cũ eſſem cũ eis ſer.e.in no.t. & nullus periit, niſi filius perditionis, id eſt, Iudas, qui de 12. periit. Vbi addit: *Nũc ad te venio.* In quo oſtendit corporali præſentia ſe fuiſſe cũ eis, qui in aſcen- F ſione ab illis abiit. De cæteris poſt addit: *Non pro his tantum rogo, ſed pro his qui credituri ſunt per verbum, eorum.*

☞ Quos

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Hæc eſt autem. *Hic remouet quandam dubitationem poſſent enim aliqui credere, quòd iſta vita æterna per eum fidelibus danda conſiſteret in carnalibus bonis, ſicut dicunt Saraceni, qui expectant in alia vita in voluptatibus carnalibus & diuitiis & conſimilibus præmiari, ſecundùm quod dicitur in Alchorano Mahumeti, quæ tamen vita ſecundùm Philoſophum dicitur vita pecudum 1. Ethic. Propter quod ipſe Auicenna hoc conſiderãs dixit, quòd propheta quem vocant Mahometum, promittit eis talem fœlicitatem in præmium, quam multi ſapientes non attenderunt. Similiter Iudæi reſurrectionem futuram expectant ad vitam carnalem. Et ideò fœlicitatẽ vitæ futuræ credunt conſiſtere in bonorum temporalium plenitudine, & pacis tranquillitate. Hoc autem remouet Saluator d.* Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te. *Vita enim æterna ſiue beatitudo conſiſtit eſſentialiter in aſpectu claro ipſius diuinitatis, prout tamen habet adiunctam fruitionem, quæ eſt contemplatiua fœlicitatis, ex conſequenti verò conſiſtit in aſpectu humanitatis Chriſti, quæ eſt inſtrumentum nos introducens ab beatitudinem principalem. Beatitudo autem hominis conſiſtit in coniunctione ad vltimum & optimum, & ideò non poſſunt conſiſtere in coniunctione ad aliquod bonum temporale vel corporale, vt dicunt Rudes Saraceni & Iudæi, ſed in adeptione ipſius primi & ſummi boni per apertam viſionem & fruitionem.*

Vita æterna in quo conſiſtit.

*Conſiderandum etiam, quod cum dicit filius loquens ad patrem:* Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum. *Per hoc enim non habetur quòd ſolùs pater ſit Deus, & filius ſit creatura, vt dicebat Arrius, quia hæc dictio excluſiua ſolus, non determinat ly.te, vt ſit ſenſus, quòd ſolus pater ſit Deus, ſed determinat ly Deũ. Et eſt ſenſus, quòd illa eſt ſola deitas vera quæ eſt in patre, & ſic ab ea nõ excluditur filius, ſed magis includitur, quia vna eſt deitas in vtroque, ſed excluditur, vera deitas ab his quæ à gentibus colebantur, ſcilicet Ioue, Saturno, & conſimilibus. Dato etiam quòd hæc dictio ſolus determinat ly te. Et ſit ſenſus, quòd ſolus pater ſit Deus, non tamen per hoc excluditur filius à deitate, ſed magis includitur, quia ſecundùm Philoſophum, ſolus eſt idem quòd non cum alio, & ideò tantũmodo excludit illud quod alienitatem dicit: Filius autem non eſt alius à patre in eſſentia ſed tantum in perſona, & ideò quando hæc dictio ſolus additur vni perſonæ reſpectus termini eſſentialiter, ſicut eſt in propoſito, non excludit aliam perſonam, ſed magis includit. Et hoc patet per authoritatem Saluatoris Matth. 11.d. vbi dicit:* Nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius. *Si enim hæc dictio niſi addita vni perſonæ reſpectu termini eſſentialis excluderet aliam, ſequeretur quòd pater non cognoſceret ſe, ſed tantum filius, nec filius cognoſceret ſe, ſed tantùm pater, quòd eſt abſurdum dicere.*

2 Ego te clarificaui. *Hic ſubdit rationem, quare ſua oratio debeat exaudiri, videlicet quia fuit perfectè obediens Deo patri carnem aſſumendo, & veritatem fidei inter homines docendo, & hoc eſt quod dicit:* Ego te clarificaui ſuper terram. *Et non ſolùm eſt exaudibilis propter prædicta, ſed etiam quia ad conſummationem myſterij ſuæ incarnationis mortem conſtanter ſuſtinebat, ideò ſubditur.*

3 Opus conſummaui quod dediſti mihi, vt faciam. *Dicit conſummaui, quia iam eius paſſio incipiebat, qua peracta dixit, Conſummatum eſt, vt habetur infrà 19.f.*

4 Et nunc clarifica me pater apud temetipſum claritate, &c. *Id eſt, illius gloriæ quam habeo æternaliter tecum ſecundùm diuinitatem, fac participem naturam mortalem quam aſſumpſi propter hominum ſalutem.*

5 Manifeſtaui nomen tuum hominibus. *Hic conſequenter orat pro collegio apoſtolorum. Et diuiditur in duas, quia primò oſtenditur, ꝙ debet pro eis deprecari, ſecundò, format ſuam orationem deuotè, ibi:* Pater ſancte. *Circa primum pocit quatuor rationes, ad oſtendendum, ꝙ debeat pro apoſtolis deprecari. Prima accipitur ex parte Chriſti, quia erat eorum magiſter, & ipſi eius diſcipuli. Bonus autem magiſter debet zelare pro diſcipulis ſuis, & eos diligere, & hoc eſt quod dicitur:* Manifeſtaui nomen tuum hominibus, &c. *Quia apoſtoli fuerunt ſpiritualiter coniuncti ipſi Chriſto.*

Diuiſio

Quare Chriſtus debebat apoſtolis orare.

Tui

## MORALITER.

1 *Hæc eſt autem vita æterna.* Per hoc excluduntur errores omnium in aliquo bono creato beatitudinem obiectiuam ponentium.

3 *Opus conſummaui, quod dediſti mihi.* Hoc legant & retineant inſtabiles qui bona frequenter inchoant, ſed non perſeuerant. Huius ca. reſiduum eſt oratio Chriſti pro ſuis diſcipulis præſentibus & futuris. Et in hoc Chriſtus dedit exemplum prælatis eccleſiæ & curatis, vt pro ſuis ſubditis deuotè orent & attentè. Nec mortalitas alia mihi nunc occurrit ſuperaddenda.

MORAL

a ¶ Inſtruendos. ¶ Homini. b ¶ De quo iam non ſum. c ¶ Præſcientia. d ¶ Ad docendum.
a quos dediſti mihi de mundo. Tui erant,& mihi eos dediſti,& 3
a ¶ In fide permanſerunt. b ¶ Id eſt,cognouerunt,quia à te ſum:Simul enim pater dedit omnia,cum genuit qui haberet omnia. 1
b 2
c ſermonem tuum ſeruauerunt. Nunc cognouerunt, quia om- 4
¶ Per hoc cognouerunt,quia acceperunt.
nia quæ dediſti mihi abs te ſunt. Quia verba quæ dediſti 5
¶ Intus. ¶ Intellexerunt & tenuerunt.
mihi,dedi eis. Et ipſi acceperunt,& cognouerunt verè,quia à 6
a ¶ Similiter verè. ¶ Quod eſt idem quod à te exiui. 7
d te exiui,& crediderunt, quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo, 8
a ¶ Id eſt,deditis mundo. b ¶ Per quod iam non ſunt de mundo, pro quo non rogo. 9
non pro mundo,ſed pro his,quos dediſti mihi,quia tui ſunt. 10
e 11
f Et mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt,& clarificatus ſum in 12
a ¶ Tantum. b ¶ Quia cito futurum. c ¶ Et ſi prius fui. d ¶ Corporali præſentia.
g ¶ Quia tardius exituri. e ¶ Exponit quomodo dixit,non ſum in mundo,ſciens aliquos tantum mouendos. 13
14
h eis. Et iam non ſum in mundo,& hi in mundo ſunt, & ego ad 15
a ¶ Vt homo rogat patrem pro diſcipulis. ¶ Pater iam propè eſt aſcenſio,& ideò commendo tibi corporaliter quos relinquo. b ¶ Sed non ſine me ſpirituali potentia. 16
i te venio.† Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti 17
¶ Homini,vel verbo gignendo pater omnia dedit. a ¶ Modo ſerua in tuo nomine,in quo eos ſeruabam. b ¶ Corporaliter. c ¶ Ego filius homo. 18
19
k mihi,vt ſint vnum, ſicut & nos. Cum eſſem cũ eis * ſeruabam 20
21

a *Quos dediſti mihi de mundo erant.* ✠ THEOPHYL. Duo hæc
A dicere voluit & quod non ſit aduerſarius Deo patri,& quod voluntas eius ſit credere illos, propterea dicit,*quod dediſti mihi tui erant*,vtraque enim oſtenduntur per hoc quod dicit:*credidi mihi* non enim rapuit eos,ſed tu comprobaſti,vt illos mihi lucrarer, & ita nõ aduerſarius eis mihi,ſed concordiam habes & charitatem ô pater.

b *Tui erant.* AVGVSTINVS. Patris erãt hi ſicut omnia, non ſine filio omnia tenente cum illo. Sed ſolet ei à quo eſt tribuere qdquid habet, Mihi eos dediſti ſecundùm hominem,
B qui non ſemper fuit, ſed accepiſſe eos dicit. Habuit aliquando Dei filius, quod nondum habuit idẽ homo filius,quia nõdum erat homo.

c *Cognouerunt.* Ne putaretur cognitio iam facta per ſpeciẽ addit: Crediderunt verè, non eo modo quo cum dixit: Modo creditis,venit hora vt diſpergamini. Sed nec adhuc tales erant, ſed prænunciat quales ſint futuri accepto ſpiritu,ſine quo nec ſeruauerunt ſermonem quẽ dixerat.

† De ſum. tri.& fi.c. c. damnamus. de ce.miſ.c. cũ Marthæ. §. quæſiuiſti.

d *Ego pro eis rogo.* Prima oratio fuit:Clarifica fi.vt fi.cla.te.& de his exequutus eſt & concluſit in fide credentium. Iam pro eis rogat vt pater ſeruet eos quos ipſe corpore reliquit.

e *Et mea omnia.* Non enim quia filio dedit pater amiſit cum filius adhuc addat,mea omnia tua & tua mea ſunt. Vnigeniti filij ſunt omnia quæ patris,per hoc quòd etiam Deus eſt ipſe,etiã
C de patre natus patri eſt æqualis.

f *Et tua mea ſunt.* Sancti de quibus hoc dicit, non poſſunt eſſe niſi eius à quo creati & ſanctificati ſunt,id eſt, patris & filij, & per hoc omnia quæ ipſorum ſunt,neceſſe eſt,vt ſint eius cuius & ipſi ſunt,quod ſuprà dixit dẽ ſpiritu. *Omnia quæ habet pater meus.* ſcilicet ꝓpterea dixi,de meo accipiet,de his dixit quæ ad ipſam pertinent patris deitatem,in quibus illi eſt æqualis, omnia quæ habet habendo,non poſſidendo,neque enim ſpiritus de creatu- D
ra accipiet quæ ſubdita eſt patri & filio, ſed de patre de quo ꝓcedit ſpiritus,de quo natus eſt filius.

Sup.16.c.

g *Et clarificatus.* Suprà petebat de futuro, clarifica me apud temetipſum, hic factam dicit & in eis. Sed & hæc futura cum eis innoteſcet,& per eos omnibus credẽtibus quòd ad dexteram patris ſit glorificatus.

h *Et iam non ſum in mũd.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quare continuò dicit,Nam *iam nõ ſum in mundo*, quando erat cum eis in mundo, videntur eſſe abſurda, ſi quis hæc exponat nõ exa- E
minata. Alio item loco promiſit eis: *ero vobiſcum & videbitis me*, nunc autem alia videtur dicere, Poteſt igitur verè dici. Nam quia veriſimile erat triſtari eos vtpotè qui relinquebantur adiutore deſtituti,oſtende quod patri eos commendet,& illum cuſtodẽ eis præficiat, quia à te vocor ego,ſeruaui ipſe illos in nomine tuo,hoc eſt per tuum adiutorium & virtutem quam dediſti mihi.

* in mũdo, ego

i *Serua eos.* Vt ſint vnum in natura ſua, ſicut & nos in noſtra ſumus vnum, & ideò non ait, vt ſint vnum nobiſcum, aut vt ſimus vnum ipſi & nos ſicut nos vnum ſumus,quia non ſunt eiuſdem naturæ cum Deo, ſicut filius ſecundùm quòd Deus vnum eſt cum patre.

k *Cùm eſſem.* Non debemus intelligere,quòd pater & filius alternatim ſeruent quaſi alter poſt alterum, Similis enim ſeruant F
pater & filius & ſpiritusſanctus qui eſt vnus Deus. Sed ſcriptura nos non leuat,niſi ad nos deſcendat. Cùm ita loquitur intelligamus diſtinguere perſonas, non ſeparare naturam. Gaudium quod ſuprà expreſſit, vt ſint vnum ſicut & nos, hæc eſt pax illa & beatitudo in futuro ſæculo,propter quam omnia fiunt, propter quam ſe eſſe loquutum dicit in mundo.

☞ *Quos*

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tui erant. *Secundùm æternam prædeſtinationem.*

2 Et mihi eos dediſti. *Vocando temporaliter ad fidem & apoſtolicam dignitatem.*

3 De mundo. *Quia ante vocationem ſuam apoſtoli erant mundialiter viuentes,ſicut & cæteri homines. Secunda ratio accipitur ex parte Apoſtolorum,qui fuerunt ſerui obedientes,& hoc eſt quod dicitur.*

4 Et ſermonem tuum ſeruauerunt. *Corde ſcilicet & opere.*

5 Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi abs te ſunt. *Id eſt,à te procedentia.*

6 Quia verba quæ dedi.mihi. *Quia à plenitudine ſcientiæ Chriſti facta eſt redundantia in apoſtolis.*

7 Et ipſi acceperunt. *Doctrinam Chriſti recipiendo.*

8 Et cognouerunt verè,&c. *Hoc enim cognouerunt per doctrinam Chriſti & per miracula, verumtamen quia talis cognitio eſt fidei, ideò ſubditur:* Et crediderunt,quia tu me. *Tertia verò ratio accipitur ex parte cuſtodiæ Chriſti,cui apoſtoli erant ſpecialiter commiſſi, & hoc eſt quod dicitur.*

9 Ego pro eis rogo. *Hoc dicit,quia efficacia ſuæ orationis tantummodo ſe extendit ad electos. Quamuis enim ſit efficax pro omnibus, tamen mali ponunt ſibi impedimentum ne ſint participes ipſius, ideò ſubditur.*

10 Sed pro his,quos dediſti mihi. *Quo ad efficaciam.*

11 Quia tui ſunt. *Secundùm æternam prædeſtinationem.*

12 Et mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt. *Quia propter inſeparabilem vnionem humanitatis & diuinitatis in Chriſto ſit idomatum communicatio, attribuendo ea quæ ſunt hominis Chriſti Deo, & è conuerſo. Sicut enim demonſtrato Chriſto, hæc propoſitio eſt vera. Iſte homo creauit ſtellas,ita hæc propoſitio eſt vera: Deus mortuus eſt, quia propter vnitatem ſuppoſiti omnia quæ ſunt Dei,communicantur homini & è conuerſo modo prædicto.*

13 Et clarificatus ſum in eis. *Hoc dicit,quia apoſtoli gloriam eius iam partim cognoſcebant,& de propinquo plus cognoſcituri erant. Quarta ratio accipitur ex neceſſitate imminente apoſtolis, quia Chriſtus citò receſſurus erat ab eis, cuius corporali præſentia erant delectati & confortati,& ideò pro tunc indigebant ſpiritualiter Deo patri per orationem Chriſti recommendari,& hoc eſt quod dicitur.*

14 Et iam non ſum in mundo. *Id eſt, ſum in propinquo receſſu ab eis.*

15 Et hi in mundo ſunt. *Remanentes id tribulationibus mundanis.*

16 Et ego ad te venio. *Q.d. Propter hoc pro eis oro.*

17 Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo. *Poſitis rationibus quibus debet pro eis orare, hic conſequenter format ſuam orationem. Et diuiditur in duas, quia primò orat eis conſeruationem à malo, ſecundò, perfectionem in bono.ibi:* Sanctifica eos. *Dicit ergo primò ſic:* Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo,*id eſt,in fide & confeſſione nominis tui.* Diuiſio

18 Quos dediſti mihi. *Per ſpecialem amicitiam eos mihi coniungendo.*

19 Vt ſint vnum,ſicut & nos. *Id eſt, vt ſint vniti per charitatem ſicut nos ſumus vnum per naturam: Ita quòd ly ſicut non importet æqualitatem, ſed quandam imitationem longinquam. Et allegat conſequenter apoſtolorum neceſſitatem reſpectu huius conſeruationis diuinæ, dicens.*

20 Cùm eſſem cum eis. *Præſentia corporali.*

21 Seruabam eos in nomine meo,&c.cuſtodiui. *Id eſt,firmiter & ſecurè.*

✠ Nemo

a *Quos dediſti mihi cuſtodiui, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS.
A Quomodo ô Domine nullum perdidiſti, cum & Iudas perierit multóque alij retroceſſerunt. Quantam ad me attinet inquit nullum perdidi, quantum in me fuit nullum amiſi, ſed ſerua eos, hoc eſt omnibus modis cuſtodiui, quod autem à ſeipſis reſilierint hoc nihil ad me. Quod autem dicit, *vt ſcriptura impleatur,* hoc eſt omnia quæ de filio perditionis prædicit. Etenim & in Pſalmis variis de ipſo dictum eſt, & in aliis prophetarum libris.

b *Sanctifica.* Sicut ex gratia tua incepta eſt ſanctificatio, per quam iam non ſunt de mundo, eadẽ gratia fac ſanctiores, vt perſeuerent in veritate cuius vmbra fuerunt veteres ſanctificationes, id eſt, in me qui ſum veritas, quod ſubdendo aperit: *Sermo tuus ve. eſt,* quod eſt, ego ſum veritas Græcè λόγος Latinè verbum vel ſermo, qui eſt vnigenitus patris.

† Sup.15.c. — B — * tua — Sup.14.a.

c *Et pro eis ego ſum.* Id eſt, vt pro eis proſit ego me hominẽ ſanctifico in me verbo, quod eſt ab initio incarnationis ſuæ quando verbum factum eſt caro. Ita autem illis prodeſt, quia & ipſos qui ſunt ego,
C quia caput & corpus ſunt vnus Chriſtus, ſanctifico in meipſo, vnde addit, *vt ſint & ipſi,* ſicut ego: *ſanctificati in ve.* & in me.

Sup.1.a.

✠ THEOPHYLACTVS. Sãctificatio eſt rectorum dogmatum obſeruatio, quod autem de dogmatis dicat manifeſtum, interpretatur enim: *ſermo tuus veritas eſt,* nullum in eo mendaciũ atque ita ſi vt illos feceris ſeruare ſermonem tuum, & cuſtodire à malo in veritate ſanctificabantur. Manifeſtum autem & aliud quiddam. Sanctifica eos in veritate tua, hoc eſt ſepara eos in verbum & prædicationem, & fac eos ſacrificium, quod veritati tuæ miniſtrare huic ſuam vitam conſecrent. D

¶ Sed non ſine te ſpirituali cuſtodia.
a eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & ne- 1
¶ Iudas prædeſtinatus perditioni. a ¶ Quæ hic de illo prophetauit.
mo ex eis periit, niſi filius perditionis, vt ſcriptura impleatur. 2
a ¶ Peracta obedientia. b ¶ Electis filiis per quos prædicatio impleatur. c ¶ Quia adhuc corpore in mundo.
Nũc autẽ ad te venio, & hæc loquor in mundo vt habeant 3
a ¶ Id eſt, à me eis collatum. b ¶ Autem. 4
gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſer- 5 6
a ¶ Hoc abiens reliquit eis, & hæc eſt cauſa odij. b ¶ Hoc de ſequuturis paſſionibus dicit. c ¶ Cur. d ¶ Me liberante eos natus de ſpiritu.
monem tuum, † & mundus eos odio habuit, quia non ſunt 7
¶ Renati ex ſpiritu. a ¶ De quo nati. b ¶ Natus de ſpiritu. ¶ Orat pro ſuis contra odia mundi. ¶ Et ſi mundus odit tamen.
de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo vt tol 8
a ¶ Vbi adhuc neceſſarij ſunt, & ſi non ſunt de eo.
las eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De mundo non 9
a ¶ Ideò. ¶ Sic ſeruabantur ab illo malo quod orabat.
b ſunt ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in verita- 10 11
a ¶ Quia. ¶ In carne non peccati.
te: * ſermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, ita 12 13
a ¶ Vnde apoſtoli dicuntur. b ¶ Liberatos à labe peccati.
c & ego miſit eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico mei- 14
d pſum, vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis au- 15 16
a ¶ Vt ſeruentur à malo, vt ſanctificentur. ¶ Pro illis quorum fides iam incepta reſurrectione & aſcenſione confirmabitur.
e tem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per ver- 17
f a ¶ Quid rogas. b ¶ Quod ſupra de ſolis apoſtolis hoc de omnibus ſimul. ¶ In fide, in charitate, in pace, quia in vnum regnum ſunt futuri, de quo poſteà ſupponet.
g bum eorum in me, vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, 18

d *Non pro eis.* Iam non de ſolis apoſtolis, ſed de cęteris mẽbris incipit: Non autem orat pro his qui iam ſunt in fide eius defuncti, ſed pro his qui ſunt in tentationibus.

e *Sed & pro eis qui.* Vſque in finem mũdi, vel iam credunt vbicunque ſunt, non tamen tam perfectæ, vt poſt credituri ſunt poſt reſurrectionem. E

f *Per verbum.* Per verbum euangelij, quod eſt eorum, non ꝙ per eos tantum ſit prædicatum, ſed & p Paulũ & alios quoſlibet, ſed quia eis primò & principaliter cõmiſſum ſit ad prędicandum. Hoc eſt verbum fidei, verbũ Dei, per quod credidit latro, credidit Paulus, & quicunque credit.

Luc.13.f. Act.9.a.

g *Vt omnes vnum ſint.* Non ait, omnes vnũ ſumus, ſed vt illi omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me & ego in te, ſubaudi vnum ſumus. Ita & pater in filio & filius in patre, vt vnum ſint, quia vnius ſubſtantiæ. Nos verò poſſumus eſſe in patre & filio & ſpirituſancto. Vel pater & filius & ſpirituſſanctus in nobis eſſe poſſunt, vnum tamẽ cũ Deo eſſe non poſſumus, quia non vnius ſubſtãtiæ. Deus verò in nobis eſt, vt in templo, nos in illo vt creatura in creatore. F

☞ *Vt &*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Nemo ex eis periit, &c. *Hoc dicit, quia ſua perditio non fuit ex defectu cuſtodiæ Chriſti, ſed ex malicia ſua, ſicut dicitur aliquis filius mortis eo quod facit aliquid dignum morte.*

2 Vt ſcriptura im. Ly vt *hic tenetur conſequutiuè, quia per proditionem Iudæ ſequuta eſt impletio ſcripturæ, quæ de hoc loquitur Pſal.40. & 108. vt ſuprà allegatum eſt 13.ca.*

3 Nunc autem ad te ve. *Per mortem meam.*

4 Et hæc loquor in mun. *Hoc dixit propter hoc quod ex dictis eius aliqui poſſent credere, ꝙ nõ haberet poteſtatem cuſtodiendi eos in abſentia ſicut in præſentia, ideò hoc remouet di.* Et hæc lo. in mun. *ſcilicet exiſtens in præſentia corporali, acſi diceret: Sic loquor non propter defectum virtutis, ſed ad oſtendendum veritatem humanæ naturæ compatiẽs eis, ideò ſubditur.*

5 Vt ha. gau. me. imp in ſem. *Gaudium enim Chriſti eſt de vnione humanitatis ad diuinitatem, per quam illa humanitas habet gratiæ & gloriæ plenitudinem, vt ſuprà dictum eſt ca.1. Ad hoc autem erat intentio Chriſti orantis, vt apoſtoli venirent ad gloriam veræ fruitionis, in qua apertè viderent vnionem in ipſo deitatis & humanitatis. Alia autem ratio quare apoſtoli indigebant à Deo ſpecialiter conſeruari, eſt, quia erãt Iudæis odioſi propter doctrinam Chriſti, & hoc allegat Saluator di.*

6 Ego dedi eis ſermonem tuum. *Cuſtodiendum & prædicandũ.*

7 Et mundus eos odio, &c. *Quantum ad affectionem, licet ſint de mundo quantum ad corporalem præſentiam.*

8 Non rogo, vt tol. &c. *Quia non expedit fidelium ſaluti, donec fides ſit publicata per totum mundum.*

9 Sed vt ſerues eos à malo. *Dando eis conſtantiam in tribulationibus imminentibus de proximo.*

10 Sanctifica eos. *Hic conſequenter orat apoſtolis perfectionem in bono di.* Sanctifica eos. *Id eſt, confirma. Sanctum enim vno modo ſignificat idem quod firmum.*

11 In veritate. *Scilicet fidei Catholicæ.*

12 Sermo tuus veritas eſt. *Id eſt, doctrina mea quam dedi eis, quæ etiam tua eſt ſicut ſuprà dictum eſt ca.7. Iſta autem confirmatio apoſtolorum facta eſt à Deo patre, quando in die Pentecoſtes miſit eis ſpiritum ſanctum. Et neceſſitas huius confirmationis ſubditur, cum dicitur.*

13 Sicut tu me miſiſti in mundum. *Ad veritatem ſalutis æternæ docendum.*

14 Et ego miſi eos in mundum. *Ad hanc doctrinam vbique prædicandum. Et notandum ꝙ dicit, miſi. id eſt, mittam, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem euentus futuri, quia apoſtoli non ſunt miſſi ad prædicandum per mundum, niſi poſt acceptionem ſpirituſſancti, licet ante fuiſſent miſſi ad prædicandum in ciuitatibus Iudææ Iudæis tantum.*

15 Et pro eis ego ſanctificabo meipſum. *Id eſt, ſacrificium in carne offero tibi acceptum.*

16 Vt ſint & ipſi ſanctificati in veritate. *Sicut enim vetus teſtamentum per ſanguinis effuſionem confirmatum eſt, ſic confirmatio noui Teſtamenti facta eſt per effuſionem ſanguinis Chriſti, vt oſtendit Apoſtolus ad Heb. nono.*

17 Non pro eis autem rogo tantum. *Hic conſequenter Saluator orat pro toto fideli populo. Et diuiditur in duas, quia primò orat pro eis conſequutionem gratiæ, & ſecundò gloriæ, ibi:* Pater quos dediſti mihi. *Dicit ergo primò ſic:* Non pro eis autem rogo tantum, &c. *Vt omnes vnum ſint, in vnitate charitatis, in qua vnione conſiſtit perfectio Chriſtianæ religionis, quia per hoc membra eccleſiæ coniunguntur ad inuicem & capiti homini Chriſto, & vlterius ipſi Deo. quia qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt, vt dicitur 1. Corinth. 6.d. & ſic per conſequens primum principium quod eſt Deus, coniungitur homini, qui eſt quodammodo omnia creatura.* Diuiſio — Mar. vlti.d.

18 Sicut tu pater, &c. vnum ſint. *Non eſt ibi vnitas æqualitatis, ſed cuiuſdam imitationis, quia Chriſti hominis & Dei eſt vnitas perſonalis, aliorum autem hominum à Deo eſt tantum vnitas charitatis.*

11 In — ✠ Vt mundus

¶ Rogo. a ¶ Vnitas ſanctorum hic vel in futuro non eſt cauſa fidei,ſed merces.
b ¶ Ita ſint vnum. c ¶ Pro eis vt homo rogo,& vt Deus facio quod rogo.
a & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint,vt mundus credat, 1
¶ Immortalitatis. a ¶ Dabo tecum ego Deus.
b c quia tu me miſiſti. Et ego claritatẽ quã tu dediſti mihi dedi 2
a ¶ In charitate ſicut ſuprà in fide. b ¶ Vt ſint vnum per me vnum mediatorẽ. c ¶ In claritate.
d eis,vt ſint vnum ſicut et nos vnũ ſumus. Ego in eis,&tu in me 3
a ¶ Suprà tantum vt ſint vnũ,hic conſummati,ibi credat,hic cognoſcat. b ¶ Id eſt,ipſi cõſummati. 4
¶ Hoc & ibi & hic,qui inſeparabilem charitatem patris & filij modo credimus, tunc cognoſcemus.
ut ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus quia tu 5
e me miſiſti,& dilexiſti eos,ſicut & me dilexiſti. Pater quos de- 6
a ¶ Quia dilexiſti eos in me,recipe eos mecũ. b ¶ Conſummandos in tantam ſpem erigit, qua maior non ſit. c ¶ Ita mecum. d ¶ Non ait,credant,quia hoc eſt merces fidei,non fides.
f diſti mihi,volo vt ubi ſum ego,& illi ſint mecum, ut videant 7
g a ¶ Poſt crucem mihi homini,vel mihi Deo,cum me genuiſti tibi æqualem. b ¶ Videant,quia di.m.in quo & nos dilexit,& prædeſtinauit tunc,quod in fine mundi faciet. 8
h claritatem meã quã dediſti mihi,quia dilexiſti me ante con- 9 10
¶ Ideo hoc eis volo,quia hi ſoli de mundo cognouerunt te. ¶ Iniquus. ¶ Iuſtum. ¶ Mediator.
ſtitutionẽ mundi. † Pater iuſte mundus te nõ cognouit. Ego 11
a ¶ Per me. ¶ Per hoc cognouerunt,quia tu me miſiſti,ergo gratia nouerunt. 12
autem te cognoui,& hi cognouerunt, quia tu me miſiſti. Et 13
¶ Per fidem. ¶ Per ſpeciem. 14
i notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio 15 16
qua dilexiſti me,in ipſis ſit,& ego in ipſis. 17

A a *Vt & ipſi.* In nobis dicit,vt quod vnum ſunt fide & charitate,gratiæ Dei tribuant, vt nunc autem lux in domino. Epheſ.5.b.

b *Vt mun.* Mundus hic accipitur pro omnibus illis qui vnum ſunt. Nec hoc quod ſunt facit cauſam vt credant, quia potius credendo vnũ ſunt quamuis vnum,eſſent natura, diſſentiendo tamen ab vno, non erant vnum,ſed orãdo dixit, vt mundus credat, ſicut orando dixit.vt omnes vnũ ſint, acſi tertiò ſubaudiatur, rogo, vt mundus credat.

c *Et ego clari. &c.*

✠ Theophylactvs. Qualem gloriam, ſeu claritatem datum eſſe dicit. Eã quæ per dogmata & & per ſigna & do- B ctrinas & aliam quoque gloriam concordiæ ſcilicet,vt ſint vnum,iſta enim gloria maior eſt quam ea quę ſignorũ. Nam ſicut & Deum admiramur quia non eſt ſeditio neq; pugna in natura eius,& maxima iſta gloria eſt,ita & illi inquit hoc loco à concordia dico fiant clari: *Ego in eis & tu in me.* †Mat.11.d. Luc.10.d.

d *Ego in e.* Non quin & pater in nobis, & nos in patre. Sed hic mediatorem ſe oſtendit,ex cuius perſona hoc dicitur,ſicut hoc quod apoſtolis ait: *Vos Chriſti. Chriſtus autem Dei.* Vt ſint cõſummati,oſtendit eo perduci reconciliationem per mediatorẽ vt perfecta beatitudine fruamur, vbi cognoſcet mundus per ſpeciem quod modo per fidem. Ego ſum in eis ad quos me mi. & tu in me,mundum tibi per me reconcilians. Vnde eſt etiam hoc quod ſequitur: *Dilexiſti eos.* Quia in filio etiam membra eius diligit,ſicut & me,non quod æqualiter ſed quia & me, & illos,vel propter me illos,ſicut ſuprà. Sicut miſiſti me, miſi eos, C id eſt,quia me miſiſti,miſi illos. 1. Cor.3.d.

e *Quos dedi.* Id eſt,traxiſti ad me, ſic & ego elegi eos de mũdo alij non ſunt dati ei,non ſunt ſui, & ſi poteſtas ſit ei omnium.

f *Volo.* Non poteſt non fieri quod vult omnipotens, ſed illa D voluntas eſt hominis,de qua dicit: *Non ſicut ego volo.* Matt.26.d.

g *Vt vbi.* Id eſt,in cœlo,vbi in carne mox futurus ſum, vel ſicut dicit Nicodemo: Nemo aſcendit in cœlum, niſi filius hominis qui eſt in cœlo. Non dixit erit,ſed eſt, propter veritatem perſonæ, in qua & Deus homo eſt, & homo Deus. Vt vbi ego ſum deitate, nõ & quæratur vbi,quia deitas vbique eſt, cũ quo tamen bonus eſt, etſi non vbique ſicut ille, vt latroni dicit: *Hodie mecum eris in Paradiſo.* Vnde & hic non ſatis fuit dicere, vbi ego ſum,ſed addit,mecũ, E quia miſeri poſſunt eſſe vbi ille eſt qui nuſquam deeſt, ſed ſoli beati ſunt cum illo,qui nõ ſunt beati niſi ex eo. Cum illo,quia fruuntur illo vident illum ſicuti eſt. Mali non ſunt cum illo, vt cæci in luce non ſunt cũ luce. Nec boni nunc ita ſunt cum eo,& ſi aliquo modo per fidem ſunt cum eo. Suprà 3.d. Luc.13.f.

h *Videant.* Cum in forma ſerui clarificata viderint iudicantẽ bonum & malũ,tolletur impius ne videat claritatem Dei qua Deus eſt,quã ſoli mundi corde videbũt,ꝙ erit eis vita æterna. Iſa.26.b. Matt.5.a.

✠ Theop. Non enim dixit vt fruantur gloria mea, ſed *vt videant.* Homini enim requies maxima,videre filium Dei, hæc enim eſt omnis gloria dignorum,quod & Paulus dicit: *Nos autẽ reuelata facie gloria Dei contemplabimur.* Oſtendit igitur hoc loco quod non ſit quemadmodum nũc videtur eis in vili habitu inueniendi tunc,ſed in gloria quam habuit ante conditũ mundũ.

i *Vt dile.* Dilectio quæ pater diligit filium eſt in omnibus iuſtis,quia membra eius ſunt,& diliguntur in illo qui totus diligitur,ideò ſubdit: *Et ego in ipſis ſum.* Q. Quia ego ſum in ipſis,ali F ter eſt in nobis vt in templo,nos in illo aliter, quia nos ſumus ille,cum ſecundùm hominem eius capitis ſumus corpus.

☞ Cap

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Vt mun. *Hoc addit, quia ex magna charitate vnitate quæ fuit in primitiua eccleſia, multi conuerſi ſunt ad veritatem fidei, vt habetur Act.2. & 4. Et quia per prædicta poſſet aliquis credere quod filius non eſſet cauſa perfectionis apoſtolorum ſicut & pater,ideò hoc remouet.*

2 Et ego. *Quia poteſtas miraculorum per quam declarata eſt diuinitas Chriſti,data eſt apoſtolis à Chriſto,vt patet Lu.10.c. & Mat.10.a. tamen aliter dedit eis hanc poteſtatem,quam ipſe habuit,quia Chriſtus virtute propria miracula fecit,apoſtoli autẽ nõ propria virtute ſed virtute Chriſti miracula faciebãt,propter quod in miraculis faciendis nomẽ Chriſti inuocabant.* 3 Vt ſint. *i.vt ſint in vera vnitate eccleſiæ & abſque ſchiſmate.* 4 Ego in ei,&c.in v. *Quia per vnionem humanitatis Chriſti ad Deum facta eſt vnio totius creaturæ, vt dictũ eſt.* 5 Et cognoſcat. *Per opera enim miraculorum ab eis facta adductus eſt mundus ad fidei charitatẽ, & cognouit diuinitatem Chriſti & familiaritatem ſiue amicitiam Dei ad apoſtolos, quibus aderat diuina virtus in operibus miraculoſis.* 6 Pater quos de.mi. *Hic orat fideli populo perfectionẽ gloriæ di.* Pater quos de.mihi. *Per verã fidem.* 7 Volo. *Id eſt,oro,& deſidero.* 8 Vbi ſum ego,&c. *Id eſt, in æterna beatitudine, in qua iam erat Chriſtus actualiter quantum ad animam,quæ eſt principalior pars hominis.* 9 Vt videant cla. *Id eſt, diuinitatem meã,vel aliter,claritatem corporis mei glorificandi, quia vtrámque claritatẽ habet filius à patre,vnã æternaliter,aliã ex tẽpore.* 10 Quia di.&c. *Hoc patet quantum ad Criſti deitatem, ſimiliter quantum ab humanitate, inquantum Deus pater æternaliter prædeſtinauit ipſum ad hanc gloriam & exaltationem. Et conſequenter oſtendit Saluator,quod ſua oratio ſit exaudibilis,di.*

11 Pater iuſte mundus te non co. *Licet enim Philoſophi Deum cognouerunt quantum ad eſſentiæ vnitatem, non tamen quantum ad perſonalem diſtinctionem,& ideo non cognouerunt propriè loquendo Deum patrem. Similiter Iudæi licet de hoc habuerunt aliquam cognitionem per ſcripturas prophetarum loquentes de diſtinctione perſonarum in diuinis,illa tamen fuit in eis obſcurata ex inuidia & odio ad Chriſtum vt ſupr.dictum eſt, & ideo non cognouerunt Deum patrem, niſi largè loquendo de paternitate inquantũ pater eſt omniũ creatione.*

12 Ego autem te co. *Quia inquantum Deus cognoſcit patrem noticia comprehenſionis, & inquantum homo plenius cognoſcit quã aliquis angelus quantumcúnque beatus.*

13 Et hi co.quia tu me mi. *Quia apoſtoli per doctrinam & miracula Chriſti habuerunt noticiam,quod ipſe eſſet miſſus pro ſalute mũdi.*

14 Et no.fe. *i.nomen paternitatis propriè dictæ in diuinis, & per conſequens totius trinitatis,quia cognita vna perſona,& aliæ cognoſcũtur. Iſtud enim nomen ſanctiſſimæ trinitatis quod erat aliis ignotum, vt prædictum eſt,per doctrinam Chriſti fuit apoſtolis reuelatum.*

15 Et no. *Quia poſt reſurrectionem Chriſti quando aperuit apoſtolis ſenſum,vt ſcripturas intelligerent, & poſt miſſionem ſpiritusſancti, apoſtoli plenius cognouerunt myſterium trinitatis.* Luc.24.g.

16 Vt dile. *Id eſt,ſpiritusſanctis qui eſt amor Patris & filij.*

17 Et ego. *Quia per gratiam ſpiritus ſancti facti ſunt tẽplũ & habitaculum Chriſti.*

✠ Cap

*A D D I T I O.*

In cap.17. *vbi dicitur in poſtil.* Similiter etiam Iudæi reſurrectionem futuram expectant,&c.

*Licet enim Iudæi moderni multas erroneas opiniones habent circa futuram vitam,ſimiliter circa ſtatum reſurrectionis,antiqui tamẽ eorum & autentici non credunt ſœlicitatem vitæ futuræ conſiſtere in bonorum temporalium plenitudine, vt ſup.declaraui in additione ſuper Luc.14.ca.*

## Capvt XVIII.

A a HAec cum dixiſſet. Sequitur.
b Egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis. ✠ Theophylactvs. Solitaria enim loca & ſilentij officinas quærere ſolebat dominus & maximè ſi quando myſticum aliquod tradebat. Vnde autem Iudas cognoſcebat quod in horto hac hora eſſet Ieſus & non in domo dormiens? Sciebat dominum frequenter extra ciuitatem pernoctare & ea propter etiam tunc exiſſe foras. Et aliter ipſo feſto maximè
B hũc morem ſeruaſſe creditus eſt docens diſcipulos ſuos ſublimius quiddam. Docebat autem in talibus locis myſtica.

† Mat.16.d. Mar.14.c Lucæ.22.d.

† principib⁹ ſacerdotum

† Lucernis

Iam apoſtolis in agro culto & frutuoſo opere per aſſiduã prædicationem conſtitutis, tẽpore paſſionis in hortum paradiſi introducit, vbi fructus eſt abundantior: & qui in deſerto tentatus vicerat, in
C horto ſuos coronat. Vnde ait latroni. *Amen dico tibi, ho. me. eris in paradiſo.*

Mat.4.b. Lucæ.23.f.

c *Vbi erat.* In horto capitur vt deleret peccatum commiſſum in horto diliciarunt, in quem huius ſæculi torrentem tranſiens D diſcipulos introduxit

d *Cohortem.* Non Iudæorum, ſed militum à præſide ſeruato ordine legitimæ poteſtatis, vt illis tenentibus nullus auderet reſiſtere: vel etiam ſi quis auderet, contra tot non poſſet.

e *Ve. il.* Nocte traditur, vt ſine turbis quæ in die frequẽtes aderant inueniretur.

f *Stabat au. & Iudas qui trade. eũ cum ipſis.* De oſculo hic tacet, quod alij euangeliſtæ dicunt.

g *Ego ſum.* Hac vna voce tot feroces & fortes moritur⁹ proſtrauit virtute latẽtis E deitatis: quia volebat quidem comprehendi, ſed non niſi quando voluit.

†Mat.26.e. Mar.14.e. Lucæ.22.e.

h *Abierũt re. & ceci. in terram.* Sic modo per euangelium vbique dicit Chriſtus, ego ſum, & Iudæi expectantes Antichriſtũ retro abeunt & in terrena quæ amant, cadunt.

✠ Theophylactvs. Proſtrauit quidem eos, vt retrorſum caderent declarans potentiam ſuam, & quod ad paſ- F ſionem veniret. Ad hæc etiam hoc prouidens, vt nequis dicat ☞ Iudæos

## CAPVT XVIII.

¶ Non ante, ſed iſtis finitis non quod in hortum mox introiret.
¶ Tranſiens de Iudæis ad Gentes.
a H†Æc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cũ diſci- 1
¶ Quia bibit de torrente huius ſæculi. ¶ Cedron obumbratio eorum.
b pulis ſuis trans Torrentem. Cedron vbi erat 2
a ¶ Non ſtatim, ſed quibuſdam interpoſitis quæ alij narrant. b ¶ Vbi ipſe lupus inter oues locum prænotauerat.
c hortus: in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat au- 3
tem Iudas, qui tradebat, eum locum, quia Ieſus frequenter 4
conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. † Iudas ergo cum acce- 5
¶ Iudæos. 6
d piſſet cohortem, & à † pontificibus & Phariſæis miniſtros 7
a ¶ Nox enim erat in qua ideo cum lucernis & facibus vt ſi latere vellet his quæreretur.
¶ Ipſi accenderunt ſibi lumen pœnale. b ¶ Vt his ſi qui eum defendere vellent expugnarentur.
e venit illuc cum † laternis & facibus & armis. Ieſus itaque 8
ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit,
¶ Non ignorans quid vellent, ſed vt ſcirent eum eſſe quem quærebant.
& dixit eis: Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum 9
a ¶ Non abſcondit ſe, ſed oſtendit. 10
f Nazarenum. Dicit eis Ieſus: Ego ſum. Stabat autem & 11
a ¶ Quaſi neſciens facti eorum vel potius vt ſigno oſculi eum traderet.
Iudas qui tradebat eum cum ipſis. Vt ergo dixit eis, 12
g h ego ſum abierunt retroſum, & ceciderunt in terram.

## NICOLAVS DE LYRA
### Capvt XVIII.

1 HÆc cum dixiſſet. *Hic incipit euangeliſta deſcribere Chriſti paßionem & mortem ipſa autem fuit per Iudæos inchoata & per gentiles conſummata, ſecundùm quod Chriſtus prædixerat Mat.20.c.* Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. *Et ideò euangeliſta primò oſtendit, quid Chriſtus à Iudæis ſit paſſus, ſecundò quid à gentibus ſe. ca.* Tunc ergo ap. *Prima in tres quia primò deſcribit euangeliſta qualiter Chriſtus à miniſtris Iudæorum fuit captus, ſecundò qualiter à miniſtris fuit pontificibus traditus, ibi:* Cohors quoque. *Tertiò qualiter à pontificibus corã Pila. eſt accuſatus, ibi:* Adducunt ergo. *Circa primum euangeliſta tria deſcribit primo proditionis locum ſecundò proditoris apparatum, ibi:* Iudas ergo. *Tertiò animum Chriſti ad ſuſtinendum præparatum, ibi:* Ieſus itaque ſciens. *Circa primum ſciendum, quod Chriſtus iuit ad locum extra ciuitatem, ad quem ſciebat venturum proditorem, vt oſtenderet ſe voluntariè ſubire mortem: & hoc eſt quod dicitur.* Hæc cum dixiſſet, &c. trans torrentem Cedron. *Cedron nomen eſt torrentis inter ciuitatem Ieruſalem & montem Oliueti, currãs per vallem Ioſaphat quæ eſt intermedia. Et dicebatur ille torrens Cedron, eo quod in ripa illius fluminis, ſiue illius torrẽtis naſcebantur multi Cedri, hic enim fluuius appellabatur torrens, pro eo quod admodum torrentis quandoque habet aquas quandoque non.*

Diuiſio

Cedron

2 Vbi erat hortus. *Et ſic erat locus clauſus conueniens ad capiendum illos qui eſſent intra ipſum.*

3 In quem in ipſe: & di eius. *Offerens ſe capitioni.*

4 Sciebat autem & Iu. qui. tra. eum lo. *Ex quo patet aptitudo loci ad capiendum Chriſtum ex tribus primò quia erat à ciuitate remotus, & ipſi querebant eum capere ſine ſtrepitu turbatum vt habetur: Lu. 22. a. ſecundò quia erat clauſus: & tertiò quia proditori cognitus.*

5 Iudas ergo. *Hic deſcribitur proditoris apparatus quia Iudas de tribus ſe muniuit. Primò de magna ſocietate forte & autentica & ideò dicitur.*

6 Cum accepiſſet cohortem. *Scilicet militum à præſide aßignatam, vt ſic multitudo populi ſi ſuperueniret non auderet impedire eius proditionem, propter iuſtitiæ publicæ timorem.*

7 Et à pontificibus & pha. miniſtros *Vt ſic haberet fulcimentũ ab vtraque curia, ſcilicet pontificis & imperatoris. Secundo muniuit ſe Iudas de lumine contra noctis tenebras quod notatur cum dicitur.* Venit illuc cum laternis & facibus. *Tertiò muniuit ſe de armis ſi vellent eius proditioni reſiſtere, ideò ſubditur:* Et armis.

8 Ieſus itaque. *Hic oſtenditur promptitudo Chriſti ad patiendum, & hoc dupliciter primo quia Chriſtus ſe non occultauit ſecundo quia defenſionẽ prohibuit, ibi:* Simon ergo *In prima igitur parte dicitur ſic:* Ieſus ita. ſci. omnia quæ ven. erant ſu. eum. proceſ. & dix.

9 Quem quæri. *Ex quo manifeſtè patet quod ſua voluntate captus eſt quia cum ſciret omnia futura, vt ſuprà declaratum fuit. 1. ca. non ſe occultauit, ſed magis quærentibus eum obuiam iuit.*

10 Reſponderũt ei: Ieſum. *Virtute enim diuinitatis factum eſt, quod venientes ad capiendum eum primò non cognoſcerent eum, etiam ſuus diſcipulus qui venerat ad tradendum eum, vnde ſubditur.*

11 Stabat autem & Iu. *Vt per hoc ſecundo oſtenderetur, quod de voluntate ſua caperetur quia ex quo eis erat incognitus poterat ab eis recedere, & non ſolùm patuit hoc per prædicta, ſed etiam manifeſtius per hoc quod ſubditur.*

12 Vt ergo dixit eis, &c. *Si enim vno verbo omnes proſtrauit* ✠ *de facili*

## MORALITER.

1 *Hæc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem.* Qui interpretatur triſtis mœror. Per hoc igitur quod Chriſtus iuit illuc imminente ſua † paſſione, ſignificatur, quod Chriſtianus ire volens ad martyrium debet imminens ſupplicium præcogitare, & per patientiam ſe armare. Vnde dicit Gregorius homilia. 33. Minus enim feriunt iacula quæ præuidentur & nos tolerabilius mala mundi ſuſcipimus, ſi contra hæc per prouidentiæ Clypeum munimur.

† Captione

3 *Siebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.* Inter quos erat Iudas, vt Chriſtum traderet ſicut Sathan fuit inter filios Dei, vt ſanctum Iob afflictionibus moleſtaret. Iob.1.b.

7 *Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum proceßit & dicit eis.* Quæſitus autem à turbis, vt facerent eum regem fugit ſolus in montem docens in hoc fugere mundanos honores & promptum eſſe ad labores. Ioh.b.

11 *Vt er. dixit eis ego ſum, abierunt retro. & ceci. in ter.* Ille qui cadit retrorſum, non videt ſui caſus periculum ſic etiam labentes in culpam, non vident ſui lapſus miſeriam.

¶ Vt bene eum cognoſcant,ne errent in captione.

Iterum ergo interrogauit eos : Quem quæritis ? Illi autem 1
dixerunt : Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus : Dixi vobis, 2
a quia ego ſum : Si ergo me quæritis , ſinite hos abire. Vt im- 3 4 †
pleretur ſermo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non per- 5

¶ Ardentior cæteris diſcipulis. ¶ Cultellum ſcilicet.

didi ex eis quemquam. † Simon ergo Petrus habens gladium 6 7
b eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruum , & abſcidit eius 8
auriculam dextram. Erat autem ſeruo nomen Malchus. Di- 9 10
c xit ergo Ieſus Petro : Mitte gladium tuum in vaginam. 11

¶ Paſſionis. a ¶ Vt apoſtolus ait. Pro nobis omnibus tradidit eum. b ¶ Quaſi dicat cur reſiſtis?

d Calicem quē dedit mihi pater non vis vt bibā illū? † Cohors 12 13 14
† autem & tribunus & miniſtri Iudæorū comprehenderunt 15
e Ieſum & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam pri- 16 17

a ¶ Cur ad eum? ¶ Voluit ad illum primò duci vt minoris culpæ videretur ſi alterius quoque ſacerdotis damnaretur ſententia.

mum. Erat enim ſocer Caiphæ , qui erat pontifex anni illius 18 19 20

A Iudæos non peccaſſe eo quod illis ſe crederet & manifeſtaret propter hæc oſtendit eis hoc miraculum quod ſufficiebat ad repellendos eos. Vbi autem in malitia ſua permanſerunt etiā poſt miraculum, tunc ſe manibus eorum permiſit, & vnde quomodo vſque ad vltimum horam dilectionem erga proximos non reliquit.

a *Sinite hos habire.* AVGVSTIN. Faciunt quod iubet ſinunt eos abire quos non vult perire non quin poſt ſint morituri, ſed quia ſic nondum credebāt, quomodo credunt qui non pereunt.

† 24.q.1.c. Si petrus Luc.22.e.

B b *Percuſſit.* Seruus ſignificat populum legis ſeruum , auris pro domino amputata, & à domino ſanata , auditum amputatum, à vetuſtate renouatum , vt ſeruiat liber in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate literæ. Vnde dicitur Malchus , id eſt , regnaturus cum Chriſto. Quod ſignificatum quia non cogitauit Petrus, ſed magiſtrum defendere voluit , dominus improbat factū, & monet C eum ad patientiam. Illud tamē myſticè & fieri debuit & ſcribi.

† Igitur.

Ro.7.b

THEOPHYLACTVS. Quod ſi quæras quomodo is qui iuſſus D eſt non portare peram neque duas tunicas gladium haberet? Diſce quod portauerit illum in vſum agni paſchalis, etiā poſt cœnam. Vel quod timens inſidias olim in hoc præparauerit. Quod ſi dubitas quomodo cum miſſus fuerit non percutere illis vt homicidis reſtiterit ? Audi quomodo non ſemetipſum , ſed magiſtrū vltus ſit maximè deinde quod nondum perfecti tunc erant.

c *Mit.* Ac ſi diceret Quieſcat vindicta. Aliter : Cōuerte gladium in locum ſuum id eſt , verbum prædicationis conuerte E ad gentes vbi ſecundùm Paulum oſtium apertum & ingēs inueniatur. Aliter poſt quā plenitudo ſubintrauerit, dicit Petro , per quem totus ordo prædicatorum deſignatur : Mitte verbum prædicationis ad Iſrael. *Omnis enim qui gla. ac gla. pe.* Quo gladio? Illo qui igneus vertitur ante paradiſum: & gladio ſpirit⁹, qui in Dei ſcribitur armatura.

Mat.26.e. † Mat.26.f. Mar.14.f. Luc.22.f. Gene.3.d.

d *Cohors au.* Mos erat Iudæis, vt quem morte dignum iudicarent vinctum præſidi traderent. F

e *Et adduxe. eum.* Erant eo tempore duo ſacerdotū principes (vt Lucas ait)

NICOLAVS DE LYRA.

de facile poterat ab eis euadere. Omnia enim iſta facta ſunt ex diuina ordinatione, vt declaratur virtus diuinitatis eius per prædicta ſicut fragillitas humanitatis per captionem eius ſequentem & paſſionem.

1 Iterum ergo inter. eos quem quæ:i. *Hoc fuit factum interuallo à prima interrogatione: quia quamdiu iacuerunt proſtrati, non mouit ſe de loco: vt magis declararetur ſua voluntaria captio.*

2 Illi autem dixerunt Ieſum Nazarenum. *Non enim cognoſcere poterant eum, nec capere donec ipſe vellet propter hoc ſubditur.*

3 Dixi vobis quia ego ſum. *Et tunc habuerunt ipſius noticiam & capiendi eum licentiam, propter quod ſubditur.*

4 Si ergo me quæritis ſinite hos abire. *Quaſi dicat ſic do vobis poteſtatē me capiendi, vt tamē meis diſcipulis non faciatis alquid mali.*

5 Vt impleretur ſer. quem di. *Scilicet ca. præcedenti*

6 Quia quos dedi mi. &c. *Iſtud enim verbum dixerat Ieſus non tantum de ſalute ſpirituali ſuorum diſcipulorum , ſed etiam de ſalute corporali eorum, quod patet ex hoc, ꝙ inde excepit Iudam qui perditus eſt & ſpiritualiter & corporaliter, quia ex deſperatione ſe ſuſpendit, & ideò euangeliſta applicans verbum prædictum ad perditionem corporalem, non diſcedit ad intentione literæ.*

Mat.17.a.

7 Simon ergo. *Hic oſtenditur promptitudo Chriſti ad patiendum ex hoc , quod defenſionem prohibuit & hoc eſt quod dicitur.* Simon er. Petrus habens gla. edu. eū. *Dicunt hic aliqui, quod diſcipuli emerant gladios de præcepto domini, ſecundùm quod habetur Luc.22.d. vbi dicitur ſic.* Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. *Sed non eſt veriſimile : quia ibidem dicitur , quod apoſtoli ſtatim reſponderunt:* Ecce duo gladij hic. *Et Chriſtus dixit* Sufficit. *Ex quo patet, quod ante illos gladios habebant: Dicendum igitur, quod apoſtoli fuerunt piſcatores : In piſcatione autem oportet aliqnando ræti a cum paxillis affigere, & cum particis nauiculas dirigere & ideò in talibus & conſimilibus vſus magnorum cultellorum eſt neceſſarius. Et probabile eſt, quod aliqui de apoſtolis illos cultellos ſibi retinuerant ad ſcindēdum cibaria, vnde etiam cum illis carnes agni paſchalis conſciderant. Petrus autem vnum ex illis retinuerat apud ſe, quia erat magis promptus ad defenſionem ſui magiſtri quod alij.*

8 Et percuſſit

8 Et percuſſit pontificis ſeruum. *Qui magis de propè ſe ingerebat ad Chriſtum capiendum.*

9 Et abſcidit auri. eius dex. *Credidit enim eum magis lædere, ſed diuina ordinatione ictus declinauit.*

10 Erat autem nomen ſeruo Malchus. *Hoc addit euangeliſta ad oſtendendum certitudinem rei geſtæ exprimendo propria nomina.*

11 Dixit ergo Ieſus Petro mitte gladium tu. in vagi. *Quaſi dicat noli vt ad defenſionem meam. Et ſubditur cauſa.*

12 Calicem quem dedit mihi pater , non vis vt bibam illum. *Quaſi dicat, paſſionem quam ordinauit pater cœleſtis ad ſalutem humani generis debeo patienter tolerare , & ideò non eſt locus defenſionis & reſiſtentiæ, ſed magis patientiæ.*

13 Cohos quoque. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus à miniſtris comprehenſus pontificibus præſentatur. Et diuiditur in duas : quia primò deſcribitur ipſius præſentatio Annæ, ſecundò. Caiphæ, ibi :* Et miſit eum Annas. *Prima in duas : quia primò ponitur Chriſti præſentatio, ſecūdò eius examinatio, ibi:* Pontifex ergo. *Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur prædicta præſentatio, ſecundò incidenter ponitur prima Petri negatio. ibi :* Sequebatur autem. *Dicitur igitur primò ſic:* Cohors au. *Scilicet militum.*

Diuiſio.

14 Et tribunus. *Qui eis præerat & illi erant gentiles.*

15 Et miniſtri Iudæo. *Iſti erant Iudæi.*

16 Comprehenderunt Ieſum. *Ex quo patet obſtinatio eorum, quia non fuerunt auerſi à ſuo malo viſis prædictis ſignis , ſed magis atribuebant artibus magicis.*

17 Et ligauerunt eum *Quaſi morte dignum. Illi enim qui reputabantur morte digni, iudicibus præſentabantur ligati.*

18 Et aduxe. eū ad Annam pri. *Id eſt, primò. Cuius cauſa ſubditur.*

19 Erat enim ſocer. Cai. *Et quia eundo ad domum Caiphæ habebant tranſire ante domum iſtius Anne , ideò introierunt domum eius, propter eius reuerentiā. Alia autem ratio , fuit quia pontificatus tunc ſingularis annis vendebatur, & iſti duo, ſcilicet Annas & Caiphas quaſi alternatim erant pontifices propter quod quaſi pontifex habetur , quia anno præcedenti fuerant. Tertiò ratio eſt , vt Chriſtus coram iudicibus pluribus condemnatus, videretur magis dignis morte.*

20 Qui erat pontifex anni il. &c. *Iſta ſunt expoſita ſuprà. 11. ca.*

Sequebatur

MORALITER.

† *Sinite hos abire.* Per hoc oſtenditur, quod ſuperiores debent ſuos ſubditos fideliter adiuuare, & ſe mortis periculo exponere pro ipſorum defenſionem.

7 *Simon autem Petrus habens gladium eduxit eum , & percuſſit pontificis ſeruum, &c.* Exponatur ſicut ſuprà Nat. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.

10 *Erat autem ſer. nomen Malchus.* Qui interpretatur rex eorum & ideò per abſciſionem auriculæ ſuæ ſignificata fuit abſciſio regalis & pontificali eminentiæ Iudæorum.

18 *Et adduxerunt eum ad Annam primum.* Quærentes ei placere , quia cum Caipha fuerat in conſilio de Chriſti morte.

Erat autem Caiphas qui conſiliũ dederat Iudęis, quia expe-
¶ Ex devotione.
dit vnum hominem † mori pro populo. Sequebatur autem 1
a Simon Petrus Ieſum,& alius diſcipulus. Diſcipulus autem il- 2
le erat notus pontifici,& introiuit cum Ieſu in atrium ponti- 3
¶ Foris ſtabat qui negaturus erat.
ficis. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſci- 4
pulus alius,qui erat notus pontifici,& dixit oſtiariæ & intro-
duxit Petrum.† Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria. Nunquid 5
b & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum: Sta- 6
¶ Infidelitatis. 7
bant autẽ ſerui & miniſtri ad prunas,quia frigus erat,& cale-
faciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans & calefaciẽs
ſe. Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de 8
c doctrina eius. Reſpondit ei Ieſus: Ego palam loquutus ſum 9
mundo.† Ego ſemper docui in ſynagoga & in templo quo 10 11
omnes Iudæi conueniunt,& in occulto loquutus ſum nihil. 12
d Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid lo- 13
e quutus ſim ipſis, ecce hi ſciunt quid dixerim ego. Hæc au- 14
tem cum dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam
a ¶ Vt manſuetus & patiens,qui iuſſu quamlibet percutienti irrogare pœnam poterat.
Ieſu, dicens: Sic reſpondes pontifici? Reſpondit ei Ieſus: 15 16

(vt Lucas ait) Annas & Caiphas, qui viciſſim annos ſuos age-
A bant. Sed tunc erat Annus Caiphæ, & voluntate eius primum ductus eſt Ieſus ad Annam, non quia collega, ſed quia ſocer eius erat. Vel domus ſic erant poſitæ, vt non deberet Annas à tranſeuntibus præteriri.

✠ THEOPHYLACTVS. Illi alligãt & abducunt ad Annam gloriantes facto, & quaſi celebrari cupientes, perinde ac magnum tropheũ excitaſſent. Cæterũ prophetiæ Caiphæ meminit oſtendere volens, quod pro ſalute mundi hęc facta ſunt, & quod tã excellens ſit veritas, vt & inimici eam prædixerint. Vt enim nõ turbemur audientes
B vincula meminit ꝓphetiæ quod ſalutaria fuerint & mors & vincula qua de cauſa & hæc prætulerit.

† Perdi.

† Mat.26.g. Mar.14.g. Lucæ.22.f.

‡ Mat.26.f. Mar.14.e. Lucæ.22.f.

a *Et alius di.* Quis ſit iſte, quia hic tacetur, non temerè diffiniatur. Solet tamen iſte Ioannes ſic ſe ſignificare.

✠ THEOPHYLACTVS. Quis erat alius diſcipulus? ille ipſe qui hæc ſcripſit. Occultat autem ſe propter humilitatem, quia honeſtum opus narraturus erat ſequutum ſe fugentibus aliis propter hoc occultat ſeipſum, & præponit ſibi Petrum. Et propter iſtuc ipſum eius rei meminit, vt diſcamus quod certiùs narret ea quæ in atrio ſunt facta, eo quod intus fuerit.

C b *Dicit ille: Non ſum.* AVGVST. Non ſolum negat Chriſtum, qui dicit eum non eſſe Chriſtum ſed qui etiam negat ſe eſſe Chriſtianum, & ita hoc impletur quod dominus dixit: Ter me negabis.

Matt.26.d.

✠ THEOPHYLACTVS. Quidam ſtulte Petro gratificari volentes,

ri volentes, dicunt quod non pertinuerit, nec negauerit Pe- D
trus: Sed voluerit quidem ſemper cum Chriſto eſſe, & cum ſe- 1.Ioan.3.
qui. Deſciuit autem, quia ſi confeſſus fuiſſet ſe diſcipulum Ieſu ſeparandus fuiſſet ab eo, & non vltra habiturus erat locum quo ſequeretur & videret deſiderabilem & propterea negauit.

c *Palam.* Id eſt, multis audientibus, non quod quæ dicit palam, eſſent cognita turbis. Cum & apoſtolis dixerit: *Hæc in prouerbiis loquutus ſum.* Sed venit hora, cum palam annunciabo vobis. Eis etiam ſecreta exponebat, quæ aliis per parabolas dicebat. Similiter quod dicit: *Nihil in occulto ſum loquutus.* Non quod non eſſet occulta intelligentia, ſed quia coram tot hominibus dixerat: Ea etiã quæ paucis dixerat non ſunt in occulto, quia ad hoc dixerat, vt prædicarentur ſuper tecta, non vt tacerentur. Ea autem quæ audierant, & nõ intellexerant talia erant vt non poſſent iuſtè criminari: Et quoties interrogando tentauerunt vt accuſarent, ſic reſpondit, vt omnes calumniæ fruſtrarentur, ideo dicit: *Quid me inter.*

Sup.16.f. E Mat.10.c.

d *Quid me in.* Id eſt, à quo veritatem audire non deſideras. Interroga magis eos de quorum dictis non habeas inuidiam. Ita temperat reſponſionem, vt nec veritatem taceret, nec defendere ſe videretur.

e *Hæc au.* Obiicitur, cur nõ fecerit quod docuit. Debuit nõ ſic F
reſpondere, ſed alterã maxillã præbere. Sed veraciter & manſuetè & iuſtè reſpondit, & non modo maxillã, ſed totũ corpus ferienti parauit. Et hinc potius oſtendit præcepta patientiæ, non oſtentatione corporis, ſed cordis præparatione facienda,

poteſt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Sequebatur autem. *Hic interponitur prima negatio Petri, cum dicitur:* Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus & alius di. *Scilicet, Ioan. Licet enim iſti ſicut & alij primò fugiſſent, tamen poſtea ſequuti ſunt Ieſum, quia feruentiores erant aliis.*

2 Diſcipulus autem ille erat no.pon. *Dicunt aliqui quod Ioan. erat peritus in lege & propter hoc habebat noticiam cum potifice. Sed hoc non eſt veriſimile, quia piſcator erat. & de naui à Chriſto vocatus fuerat vt habetur Mat.4.d. vnde dicit Hier. in epiſtola ſua ad Paulinũ: Ioan. ruſticus piſcator indoctus, &c. & ideo alia fuit cauſa ſuæ notitiæ cum pontifice, quia forte miſſus à patre ſuo pluries portauerat piſces ad domum pontificis, vel forte quia aliquis de cognatione eius ibidem ſeruiebat vel aliqua alia cauſa quam aliqui aſſignant, quia deſcenderat de Dauid, & ſacordotes habebant iſtas genealogias.*

3 Et introiuit cum Ie.&c. *Propter noticiam prædictam permiſſus eſt intrare.*

4 Petrus autem ſtabat ad oſtium fo. *Tanquam incognitus, tamẽ propter Ioannem permiſſus eſt intrare.*

5 Dixit ergo Petro ancilla oſti. Nun.&c. *Quaſi dicat, videtur quod ſic. Vidit enim eum timide intrantem, & ſic habuit de eo ſuſpitionem.*

6 Dicit ille: Non ſum. *Ex quo patet fragilitas Petri, quia ita cito negauit, & ad vocem vnius mulieris quæ non loquebatur acriter.* Non *enim dicebat es tu de familia huius proditoris? vel aliquid huiuſmodi, ſed hominis iſtius quaſi compaſſiuè loquendo.*

7 Stabant autem ſer.&c. quia fri.erat. *Sicut ſolet eſſe in Marcio poſt mediam noctem.* Et calefaciens ſe,&c.

8 Ponti.

8 Ponti.er. *Hic ponitur Chriſti examinatio. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur dicta examinatio, ſecundò Chriſti reſponſio, ibi:* Reſpondit ei Ieſus. *Tertiò, reſponſionis reprobatio, ibi:* Hæc autem cum dixit. *Circa primum ſciendum, quod Chriſtus reputabatur à Iudæis ſeductor hominum & doctor falſæ doctrinæ, ideò examinatus fuit de vtroque, & hoc eſt quod dicitur:* Ponti.er.inter.Ie. *Dicitur autem Annas pontifex, non quia eſſet actu ſed quia ante fuerat, & quia ſocer erat pontificis, vt dictum eſt.* Diuiſio

9 De di.ſu. *Vt videret & poſſet eum deprehendere, quod fuiſſent ab eo ſeducti.*

10 Et de do. *Ad videndum ſi poſſet ibi inuenire falſitatem vel calũniam, & aliquod dictum contra legem.*

11 Reſpondit ei Ie. *Hic ponitur Chriſti reſponſio. De diſcipulis autem ſuis nihil poterat pro tunc boni reſpondere, quia principaliorẽ inter eos ſtatim audierat ipſum in ſua præſentia negaſſe. Sed de doctrina ſua reſpondit, oſtendens quod non erat mala vel ſuſpecta, ſed ſana. Quod declarat ex duobus. Primo ex loco, cum dicitur.*

12 Ego palã. *Doctrina autẽ ſuſpecta in agulis & lateribus docetur, non in loco publico & ſacro. Secundo ex auditorum teſtimonio, dicens.*

13 Interroga eos. *q.d. Paratus ſum teſtimonium eorum ſubire, quod eſt tibi magis credibile, quam meum dictum, quamuis ſecundũ veritatem deberet eſſe contrarium.*

14 Hæc autem,&c. *Hic ponitur huius reſponſionis reprobatio. Et hoc dupliciter. Primo per factum, cum dicitur:* Vnus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam Ieſu. *Secundò per verbum cum ſubditur.*

15 Sic reſpondes,&c. *Ille enim miniſter ſceleris accepit reſponſionem Ieſu, quaſi notaſſet pontificem de ſtulta interrogatione.*

16 Reſpondit ei Ie. *Humiliter veritatem oſtendendo.*

Si

*MORALITER.*

faciunt querentes de malis placere hominibus peruerſis.

12 *Ego*

12 *Ego palam, &c.* Tanquam habens ſanam doctrinam, contra hæreticos qui magis docent in occulto.

*Nunquid*

A poteſt enim quis maxillã viſibiliter prębere iratus. Melius ergo reſpondet verè placatus, & ad ferenda grauiora trãquillo animo paratus.

a *Si ma.lo.* Malè loquitur qui contra veritatem loquitur. Et eſt: Si malè loquutus ſum, da teſtimoniũ quo probes mẽdacẽ.

b *Erat au.* AVGV. Dicto, quòd Annas miſit Ieſum ad Caipham, redit ad locũ narrationis, vbi reliquerat Petrum vt explicet quid in domo Annæ de trina Petri negatione cõtigerat.

†Mat.26.g. Mar.14.g. Luc.22.f.

B c *Stans calefaciens.* ✠ THEOPHYLACTVS. Stat quidem eò quòd non inclinetur neque humilietur, ſed in ſua pertinacia conſtanter maneat. Calefacere autem ſe dicitur, eò ꝙ præ feruore & faſta pertinacia laboret. Arguit autẽ eum ancilla parua quædam voluptas & effœminam, ſtatimque negat ſermonem Dei qui in nobis quaſi captiuus ducitur, ſed & quadam aduerſa tentatio-

C ne arguitur, ſicut tunc Petrus à ſeruo & ita infirmitas eius deprehenditur. Sed precemur vt aſpiciat nos Ieſus verbum Dei & ad pœnitentiam & lachrimas prouocet, quod fiet quando D exiuerimus ex atrio pontificis qui dominum crucifigit & rector eſt mundi.

d *Et dixit: Non ſum.* ✠ THEOPH. Euangeliſtæ & omnes ſimul de Petro ſcripſerunt, non accuſantes diſcipulum, ſed nos erudientes quantum malum ſit, non ſe totũ tribuere Deo, ſed in ſeipſo confidere. Admirari autem decet domini miſericordiã, & cùm ligatus eſſet & abduceretur, non neglexit diſcipulum, ſed con- E uerſus vidit Petrum ſicut alius Euangeliſta dicit, & aſpectu opprobrat ei infirmitatem, & ad lachrymas excitat. Quod autem nunc accidit Petro etiam nunc videre licet multis euenire. Nã ligatur quidem ſermo Dei qui in nobis & quaſi captiuus ducitur ſiue à voluptate, ſiue à triſtitia in ſeruitutem reductus. Vtroque enim F modo vincimur, & abducimur vel præ proſperis, vel præ aduerſis mundi Deum obliuiſcentes, & condemnatur quidem ſermo vincit autem ditas.

a Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autẽ 1
a ¶ Qui erat princeps ſacerdotum illo anno, & ad eum à principio ducebatur.
bene, quid me cædis? Et miſit eum Annas ligatum ad Caiphã 2
a ¶ In domo Annæ. Hoc & ante dixerat, (e i quæ ſequuta ſun: adiungit. 3
b pontificem. † Erat autem Simon Petrus ſtãns & calefaciens 4
c ¶ Ecce ſecundò negat.
ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? Ne- 5 6
a ¶ Vt tertia negatio compleretur.
gauit ille, & dixit: Non ſum. Dicit vnus ex ſeruis pontificis 7 8
cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam: Nónne 9
a ¶ Ecce completa prædictio Chriſti & conuicta præſumptio Petri.
ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, 10
¶ Ab Anna.
& ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum à Caipha 11
a ¶ In illam partem domus quam Pilatus tenebat. ¶ Iudæi qui adducebant Ieſum. 12
in prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt 13
14

*In prætorium*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Si malè loquutus ſum, teſ. perhi. de ma. *Id eſt, potes perhibere & non me iniuſte percutere, Sed videtur quod hic Chriſtus fecit contra doctrinam ſuam, quia Matt.5.f. dicit: Si quis te percuſſerit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram. Ipſe autem hoc non fecit, ſed magis percutiẽtem ſe correxit. Dicendum quod illud Chriſti præceptum, & plura alia quæ ibi ponuntur, non dantur abſolutè, ſecundùm quod dicit Aug. ſed magis ſecundũ præparationẽ animi, quia homo debet habere animũ ſemper præparatum ad hoc faciendum, vbi videret hoc expedire ad honorem Dei, & vtilitatem eccleſiæ, alias autem non, immò aliquando expedit iniuriantibus reſpondere, ad ipſorum & aliorum inſtructionem, ſicut fecit hic Chriſtus, & aliquando etiam facto reſiſtere ne detur occaſio malis male agendi.*

2 Et miſit. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus præſentatus eſt Caiphæ.* Diuiſio *Et diuiditur in duas, quia primo deſcribitur dicta præſentatio, ſecundò, ſubditur ſecunda & tertia Petri negatio, ibi:* Erat autem. *In prima igitur parte dicitur ſic, & miſit eum Annas ligatum, quaſi morte dignũ & iam coram eo condemnatum.*

3 Ad Caiph. ponti. *Tum quia ad ipſum pertinebat principaliter Chriſti examinatio. Tum vt videretur Chriſtus magis morte dignus, qui fuiſſet corâm iudicibus pluribus condemnatus. Sciendum tamen, quod Ioannes hic tacet qualiter Caiphas eum examinauit, & qualiter Caiphas veſtimenta ſua ſcidit, & qualiter Chriſtus in domo eius illuſus fuit quia aliĳ euangeliſtæ hoc ſufficienter expreſſerant.*

4 Erat au. Si. *Hic reuertitur euangeliſta ad narrandum de negatione Petri, & ideò quaſi eadem verba quæ dixerat in fine primæ negationis reaſſumit di.* Erat autem Si. Pet. ſtans & cale. ſe. *Ille enim qui narrat hiſtoriam aliquam quando occurrunt aliqua incidentia narrãda, interrumpit principale ad illud incidens narrandum quo facto reuertitur ad propoſitum, & ſic facit hic Ioannes, vt dictum eſt.*

5 Dixerunt ergo ei mi. *Ad ignem ſtantes.*

6 Nunquid, &c. *q.d. Sic, quia videbant eum timidum & pauidum.*

7 Negauit ille & di. *De iſta ſecunda negatione Petri videtur Matthæus contradicere Ioanni. Primò quo ad perſonam, quia dixit ipſum ſecundò negaſſe ad vocem alterius ancille. Mat.26.g. Ioannes autem hic dicit, quod fuit ad vocem miniſtrorum ad ignem ſtantium. Secundò quo ad locum, quia Mat. dicit, quod ſecundò negauit in exitu ianuæ, hic autẽ* Concordia euãgeliſtarũ de trina Petri negatione. *dicitur quod ſtans ad ignem. Propter quod ſciendum, quod principalis intentio euangeliſtarum erat exprimere trinam Petri negationem, & in hoc omnes conueniunt. De perſonis autem accũſantibus, ſeu de negationis loco non erat eorum principalis intentio, & probabile eſt, quod multi ad verba Petri concurrebant circa eum, & conſimilia verba dicebant, inproperando ei magiſtrum ſuum, & ideo vnus euangeliſtarum exprimit vnam perſonam accuſantem, & alius aliam, & vterque dicit verum. Vnde ſecũdùm veritatem hiſtoriæ videtur quod prima negatio ſit facta ad vocem ancillæ oſtiariæ. Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta eſt in domo, quia poſt primam negationem Petrus timuit diu ſtare inter Iudæos, propter quod voluit exire, & tunc alia ancilla videns eum timidum accuſauit eum, & ſimilis in hoc concurrerunt illi qui ad ignem ſtabant, & idem dicebant cum illa ancilla, propter quod Mat. dicit quod ad vocem ancillæ alterius negauit. Ioannes autem miniſtros concomitantes exprimit. Item Matthæus dicit quod negauit ipſo exeunte ianuam id eſt, volentes exire, & ad hoc ſe præparante propter timorem, vt prædictum eſt, quia tamen adhuc erat in domo, nec ab igne longè receſſerat, ideo dicit Ioannes, quod prope ignem facta eſt illa negatio. Tertia autem negatio facta eſt multis eum accuſantibus & concurrentibus propter prædicta, tamen inter illos erat principalis vnus ſeruus pontificis, propter quod Ioan. illum exprimit tacendo de aliis ideò ſubditur.*

8 Dicit vnus, &c. *Et ideo acriùs cæteris eum accuſabat, & in accuſationis ſuæ aſſertionem adduxit factum præcedens cùm dicitur.*

9 Nónne ego te vidi in, &c. *Quaſi dicat. Sic.*

10 Iterum er. ne. *Aliqui autẽ volentes excuſare Petrum dicũt quod non negauit eum ex timore mortis. ſed ex amore, nolens ab eo ſe, parari ſed ſemper eum ſequi. Sciebat enim quod ſi diceret ſe eſſe diſcipulum eius, ſtatim ab eo ſepararetur. Sed hoc eſt cõtra verba domini ſup. habita c.13.d. vbi exprobrauit Petro di. Animam tuam pro me pones, quod fuit dictum negatiuè, ſicut fuit ſuprà expoſitum, & ideo patet, quod Petrus negauit timens animam ſuam exponere pro Chriſto.*

11 Et ſtatim gal. can. *Scilicet, ſecunda vice, quia poſt primam negationem, ſemel cãtauit gallus, ſed Petrus timore perturbatus non percepit ſecundum quod fuit expoſitum Mat.26.*

12 Ad er. Ie. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus à Iudæis coram Pilato accſatur. Et diuiditur in tres, quia primo deſcribitur Chriſti præſentatio, ſecũdo, præſentati examinatio, ibi:* Exiuit ergo. *Tertio, innocẽtiæ* Diuiſio *Chriſti declaratio, ibi:* Et cum hoc di. *In prima parte dicitur ſic.* Ad. er. Ie. à Cai. *Id eſt, à domo Caip. pontificis ad domum Pilati præſidis ad quem pertinebat iudicium in caſu ſanguinis, & locus vbi iudicabat, prætorium vocabatur. Aliqui autem libri malè habent, ad Caiphã quia in domo Caiphæ iam erat Chriſtus, nullus autem adducitur ad locum in quo eſt. Præterea ad Ioan. ſcripſit in Græco hoc euangeliũ. & ideo pro veritate textus habenda recurrendum eſt ad Græcũ. In Græco autem ponitur à Caipha.* 13 Erat au. *Hoc addit euãgeliſta ad oſtendendũ quantũ Iudæi ſitiebãt ſanguinẽ Ieſu Chriſti qui ſummo mane quærebãt ſententiã de eius morte dari.* 14 Et ip. *Ex ingreſſu domus hominis gentilis,*

MORALITER.

6 *Nunquid, &c.* Exponatur vt ſup. Mat.26. & Mar.14. & Luc.22.

12 *Adducunt ergo Ieſum à Caipha ad præ.* Scilicet. Pilati.

14 *Et ipſi non introierunt, &c.* Iſtis ſunt ſimiles illi qui faciunt conſcientiam magnam de minimis, & multo grauiora committunt, ſicut iſti timebant contaminari per ingreſſum domus Pilati qui gentilis erat, & tamen toto conatu procurabãt mortem Chriſti, qui innocentiſſimus erat.

A a *In prætorium.* Id eſt, vbi præſes Pilatus habitabat. Sed ſi ad Caipham,quomodo in prætorium? forſitan aliqua cauſa vrgente de domo Annæ ad audiendum Ieſum ambo conuenerāt Caiphas perrexit ad prætorium præſidis, & ſocero ſuo Ieſum reliquit ad audiendum, vel in domo Caiphæ Pilatus acceperat prætorium,& tāta erat domus, vt ſeorſum habitaret dominus, ſeorſum Pilatus.

b *Vt non con.* Quia diebus azymorum contaminatio erat illis in alienigenæ habitaculum intrare.

B c *Nobis non.* Hoc dicunt propter diei feſti ſanctitatē. Lex enim præcipit, ne parcant malefactoribus, præſertim ſeducentibus à Deo ſuo, qualem iſtum dicebant eſſe, & cōtra ſeipſos dicunt, quia interficiebant quem interficiendū offerebant, ſicut & Pilatus interfecit,nō tamen manibus ſuis.

Cum Pilatus vellet Ieſum tradere Iu-
C dæis, vt ſecundùm legem ſuam iudicarent eum, noluerunt recipere,dicentes:Nobis non licet interfice.quemquam, & ſic impletur ſermo Ieſu quem de ſua morte prædixit vt eum à Iudæis traditum gentes interficerent,quaſi ſic eſſent alieni à ſcelere qui magis peccant, in quo non eorum innocentia ſed dementia monſtratur. D

✲ THEOPHYLACTVS. Hoc autem dixerunt ſcientes quod Romani ad crucem cōdemnarent rebelles, vt igitur crucifigeretur dominus & mors eius inuulgaretur,eius gratia prętexunt quod non liceat ſibi occidere. Alioquin quomodo Stephanum lapidarent? Sed crucifigi dominum volentes hoc dicunt quaſi ſic dixiſſent, nobis non licet occidere in crucem quemquam,deſideratiſſimum autē eſſet nobis quod crucifigeretur. E

d *A temetipſo hoc dicis, &c.* Scit Ieſus quid ipſe interrogat, & quid ille reſponſurus eſt, ſed tamen dici voluit non vt ſciret, ſed vt ſcriberetur quod ſcire voluit.

e *Quid fe.* Q. Si hęc culpa non eſt, quod te regē dixeris,quid aliud feciſti. Q. ſi non eſt mirū ſi iudici traderis puniēdus q te regē dicis. Sed ſi hæc cauſa nō eſſet tūc fortè alia q̄rēda eſſet. Q. cōfirma ſi hæc cauſa eſt q̄ obiicitur,an alia. F

☞ Regnum

a in prætorium,vt non contaminarentur, ſed vt manducarent 1
a ¶ Qui quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum.
b paſcha.Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,& dixit:Quam accu- 2
a ¶Quem iudicatis reum mortis.
ſationem affertis aduerſus hominem hunc?Reſponderunt & 3 4
¶ Prohibet tributa dari Cæ.& di.quia poſſum deſtruere templum Dei & reædificare. ¶Quod probatur tot beneficiis quæ fecerat,pro quibus reddebant mala.
dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſe-
mus eum.Dicit ergo eis Pilatus:Accipite eum vos,& ſecun- 5
dùm legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: 6
a ¶Non licet interficere quemquam,ſcilicet,in feſtiuis diebus,quia in alio tempore licebat ſecundùm legem. b ¶ Tradent eum Gentibus ad crucifigendum,& illudendum.
c Nobis non licet interficere quemquam, vt ſermo Ieſu imple 7
retur,quem dixit,ſignificans qua morte eſſet moriturus. In- 8 9
troiuit ergo iterum in prætorium Pilatus , & vocauit
¶Hoc enim obiiciebant Iudæi quod ſe dicebat regem.
Ieſum, & dixit ei: † Tu es rex Iudæorum? Reſpondit Ie- 10 11
d ſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? 12
a ¶Q.A me hoc non dixi,ſed à Iudæis accepi,qui ideo te tradiderunt mihi.
Reſpondit Pilatus : Nunquid ego Iudæus ſum ? Gens 13
e tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? 14 15

†Mat.17.b. Mar.15.a. Luc.23.a.

NICOLAVS DE LYRA.

✲ *gentilis,& tamen non timebant inquinari ex procuratione mortis innocentis,ex quo patet eorum ſuperſtitio vana.*

1 Sed vt man.pa.*Id eſt,azymos panes qui à Iudæis comedebantur in paſchate per ſeptem dies.Non enim erat licitum illos comedere, niſi perſonis mundis,& ideo per paſchatis manducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis,vt malè dicunt Græci, quia illum comederant die præcedenti.*

2 Exiuit er.*Hic ponitur Chriſti examinatio.Et hoc dupliciter, quia primò examinatur coram Iudæis,ſecundò ad partem ſine ipſis,ibi:* Introiuit ergo.*Iterum,In prima parte dicitur ſic:*Exi.er.Pi.ad eos fo. *Iudæi enim non audebant domum eius ingredi, ne ſuas obſeruationes violarent,ideò volens eis deferre exiuit ad eos.*

3 Et dixit quam accuſa.affertis, &c. *Videbat enim eum ligatum in ſignum damnationis,ideo quærebat de cauſa,quia non erat conſuetudo Romanis condemnare aliquem,niſi prius audirent accuſationem ſuam & haberet locum ſe deferendi,vt habetur Act.25.d. Et ideò Pilatus qui erat Iudex ab imperatore Romano illuc miſſus, voluit modum Romanorum tenere.*

4 Reſpon.& dixerunt ei, ſi non eſſet hic malefactor non tibi tradidi.&c. *Quaſi dicat.Nos eius factum diligenter examinauimus,& inuenimus eum dignum morte, ac ſi dicerent,non oportet aliam examinationem facere.*

5 Dicit er.eis Pi.*Quaſi indignatus ex eorum reſponſione,quia ſciebat eos ipſum per inuidiam tradidiſſe,vt habetur Mat.27.b.*

6 Accipite eum v.& ſe.le.ve.iu. *Quaſi dicat. Si ſufficit veſtra examinatio,ſufficiat & veſtra ſententia.Sciendum enim quod Romani aliqua minora iudicanda dimiſerāt Iudæis,ſed non poterāt pro talibus inferre pœnam mortis,quia Romani retinuerant ſibi cauſam ſanguinis & ideo per hāc reſponſionem inhibebat inferre Chriſto mortem,ipſi autem non poterant vitam eius ſuſtinere,& ideo renuerunt hoc accipere dicentes:*

7 Nobis non licet interficere quemquam.*Si enim poſſent dare mortis ſententiam,libenter iudicium recepiſſent.*

8 Vt ſermo.Ieſu im.*Chriſtus enim prædicens mortem ſuam apoſtolis Mat.20.c.dixit, quod à principibus ſacerdotum traderetur gentibus ad illudendum & crucifigendum.Et hoc fuit impletum per hoc quod renuerunt iudicium, & dimiſerunt ipſum Pilato qui erat gentilis iudicandum,& ſententiæ executionem ſuis militantibus.*

Diuiſio

9 Introiuit er.*Hic ponitur examinatio Chriſti in ſecreto.Et diuiditur in tres,quia primò ponitur Pilati interrogatio,ſecundò,Chriſti reſponſio,ibi:*Reſpondit Ieſus.*Tertiò,Pilati obiectio,ibi:*Dixit itaque. *Circa primum ſciendum, quod Iudæi cum tumultu irrationabili petebant mortem Chriſti,propter quod Chriſtus non reſpondebat,ſecundùm illud Eccl.32.a.* Vbi non eſt auditus non effundas ſermonē. *Propter hoc Matthæus & Marcus dicunt, quod cum accuſaretur à principibus ſacerdotum,nihil reſpondit,propter quod Pilatus intrauit prætorium,quod erat in domo ſua,vt ibi Chriſtum magis pacificè examinaret extra tumultum Iudæorum, qui non audebant intrare prætorium, vt dictum eſt.Chriſtus autem de tribus fuerat accuſatus coram eo, vt habetur Luc.23.a.* Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram,& prohibentem dari tributa Cæſari,& dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. *Pilatus autem de duobus primis non curauit inquirere,quia de primo,ſcilicet,de ſubuerſione obſeruationum legalium nō curauit vtrum eſſet verum vel falſum,quia non erat Iudæus, ſed gentilis.Secundum cognouit eſſe falſum per famam publicam,quia audierat Chriſti reſponſionem quæ Iudæis de hac materia reſponderat,Mat.22.c,* Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari,&c.*Sed de tertio,videbatur eſſe contra honorem Imperatoris inquiſiuit,ſcilicet,de regno,quia Imperatores Romani nomen regium à Iudæis abſtulerant vt frangerent eorum ſuperbiam, & tollerent rebellandi occaſionem, & ideò quæſiuit à Chriſto.*

10 Tu es rex Iu.*Quaſi dicat. Eſt hoc verum quod tibi imponitur, ſcilicet,quod velis tibi vſurpare regnum.*

11 Reſpondit Ieſus.*Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua primo examinauit Pilati interrogationem,di.*

12 A temetipſo hoc di.&c.*Quaſi dicat, concepiſti hanc opinionem de me per teipſum.*

13 Reſpondit Pilatus:Nunquid,&c.*Quaſi dicat,ex me non concepi,quia non ſum Iudæus,& ſic non poſſum inueſtigare ex libris Iudaicis quis debeat eſſe rex eorum,ſed hoc ad peritos legis pertinet,ideò ſubditur.*

14 Gens tua & pon.tra.*Accuſantes te ſuper hoc.*

15 Quid fe.*q.d. videtur quod tu ſis in aliquo culpabilis, ex quo illi qui ſunt de gēte tua & tātæ autoritatis,ſicut ſunt Pōtifices te accuſant.*

✲ Reſpondit

MORALITER.

† *Si non eſſet hic m.&c.*Quaſi dicat.Nos ſumus tantæ veritatis & iuſtitiæ, quod nobis deberet credi ſimplici verbo ſine alia diſquiſitione,& ſic homines malicioſi ſe iuſtificant coram iudicibus,vt magis nocere valeant innocenti.

7 *Nobis non li.inter.*Sic dicūt mali clerici de corporali morte laici, & tamen habent pro modico multos interficere ſuo malo exēplo morte ſpirituali, q̄ peior eſt interfectione corporali.

† *Reſpondit*

a *Regnum*.Hoc eſt quod nos ſcire voluit,ſed prius viciſſim in-
A terrogando voluit oſtendere quæ eſſet de regno ſuo hominum opinio Iudæorum vel gentilium, qua oſtenſa vtriſque aptius reſpondet:*Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Q.Decepti eſtis: Non enim impedio dominationem veſtram in hoc mundo,ne vanè timeatis & ſeruiatis,ſed ad regnum cœleſte credendo venire.

✠ THEOPHYLACTVS.Manichæi hic ſumpta auſa dicunt,mundus hic nō eſt à bono Deo.Nā filius Dei (aiunt)
B dicit non eſt regnum meum huic, non enim dixit quod non ſit in mundo, neque quod ſit hic. Nam regnum quidem in hoc mundo & ab eo regitur, & ſicut ipſe vult tranſit, non eſt autem de mundo regnum eius,ſed ſupernum & ante ſæcula, & non hinc,id eſt,ex terrenis conſtructum,ſed hic quidem imperat & regit.

b *Tu dicis.*Non ſe regem timet confiteri,ſed ita liberatum eſt,
C vt neque ſe regem neget,nec de mundo ſe fateatur eſſe, vt ille ſentiebat qui dixit: *Ergo rex es tu?* Cui reſpondit:*Tu dicis,quia rex ſum ego* Quaſi dicat,carnalis carnaliter dicis.

a ¶ Id eſt,credentes in me. b ¶ Et ſi adhuc in mundo.
a Reſpondit Ieſus:Regnum meum non eſt de hoc mundo. Si 1
a ¶ Apparet quia nullus defendit. 2
ex hoc mundo eſſet regnum meum,miniſtri mei vtique de- 3
certarent,vt non traderer Iudæis.Nunc autem regnum meū 4
¶ Et ſi adhuc inter malos.
non eſt hinc.Dixit itaque ei Pilatus:Ergo rex es tu? Reſpon- 5
a ¶ Ideo non nego me regem,quia in hoc natus ſum vt oſtendam quod ſum. 6
b dit Ieſus:Tu dicis,quia rex ſum ego.Ego in hoc natus ſum,& 7
c ad hoc veni in mundum,vt teſtimonium perhibeam verita- 8 9
ti. Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. Dicit 10
d ei Pilatus: Quid eſt veritas? Et cum hoc dixiſſet, iterum 11 12
exiuit ad eos & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo 13
e cauſam. † Eſt autem conſuetudo vobis, vt vnum 14
¶ Qui.Quem melius? 15
f dimittam in Paſcha: Vultis ergo dimittam vobis 16 17

†Mat.27.b. Mar.15.a.

c *Ego in hoc natus ſum.*Non in hac re,ſed ad hanc rem, quod D
in Græco non eſt ambiguum.Dicit ergo de temporali natiuitate,qua venit in mundum, ſecundùm quam natus eſt ad hoc, & ad hoc venit in mundum,id eſt propter hoc vt teſtimonium per.v.Sed quia non omnium eſt fides,addit. *Omnis qui eſt ex verita.audit*.Id eſt,obedit & credit mihi.

d *Iterū.*Non expectat reſponſum, ne cum vellet dimittere,mora fieret, ſubitò enim venit in mētem conſuetudo qua poſſet per Paſcha dimitti.

e *Eſt autem.*Quia in E
Paſcha à ſeruitute liberati ſunt in Paſcha hæc conſuetudo dimittendi eis fuit.

f *Dimittam vo.*Non potuit auelli à corde eius.Ieſum eſſe regē Iudæorum, ſicut in ſcribendo titulo, tāquam ipſa veritas hoc ei fixerit,de qua quid eſſe interrogauit.*Latro.*Id eſt,diabolus ſeditioſus & homicidiorum autor dimiſſus eſt Iudæis qui de patria lucis ob ſuperbiam pulſus,in tenebrarum carcerem miſſus erat, & ideò F
non poſſunt Iudæi videre pacem,quia ſeditioſorum principem pluſquam Deum eligere voluerunt,vnde bene dicitur: *Vos ex diabolo patre eſtis.* Ioan.8.e.

☞ ✠ THEOPHYLACTVS.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Reſpondit Ieſus.*Examinata interrogatione Pilati, primò Ieſus ad quæſtionem primò factam de vſurpatione regni temporalis.*

2 Regnum meum non eſt,&c.*Non enim negat ſe eſſe regem ſed magis concedit,quia ſecundum veritatem ipſe erat rex regum. Verūtamen ad tollendum occaſionem calumniæ temperat ſua reſponſionem dicens,quod non quærit huius mundi temporalem dominationem,quod probat conſequenter,dicens.*

3 Si ex hoc mun.&c.*Omne enim regnum temporale habet firmitatem non ſolum ab ipſo rege,cum ſit vnus ſolus homo, ſed etiam à miniſtris contra aduerſarios pro ipſo pugnantibus, quod non quærebat Chriſtus, & ſic patet quod ſatisfecit ad quæſtionem, oſtendendo, quod non quærebat inter Iudæos temporalem dominationem, verumtamen quia conceſſerat ſe eſſe regem,ideo concludit.*

4 Nunc autem regnum,&c. *Id eſt, quantum ad temporalia iſta quærenda.Sed contra hoc videtur quod dicitur Pſal.46.a.*Rex omnis terræ Deus.*Ipſe autem eſt verus Deus ſicut verus homo,ergo regnum eius eſt de hoc mundo. Dicendum,quod ſecundū veritatem diuinitatis, omnia ſunt ſubiecta Chriſto,tamen quantum ad humanitatē in primò aduentu ſuo,non venit ad dominandum temporaliter,ſed magis ad ſeruiendū & patiendū.Et ſic patet, quod ſufficienter excludit illud quod ſibi imponebatur de vſurpatione regni Iudææ,quia non fiebat quæſtio de ipſo niſi inquantum homo,& pro ſtatu præſenti in quo erat,qui ad primum eius aduentum pertinebat.*

5 Dixit itaque. *Hic ponitur Pilati obiectio. Sicut enim viſum eſt, Chriſtus in ſua reſponſione conceſſerat ſe eſſe regem, ſed dixerat regnū ſuum non eſſe hic, ideo Pilatus ad plenū verba eius non intelligens accepit per hoc per ipſum eſſe regem alicuius regni,de quo non intromitterent ſe Romani:Sed quod Chriſtus per hoc intelligeret regnū cæleſte, & ſpirituale non intellexit, & ideo voluit ſcire magis determinatè, concludens ex verbis Chriſti prædictis.*

6 Ergo rex es tu. *Quaſi dicat, ex quo concedis te eſſe regem regni non pertinentis ad dominum imperatoris declara magis quod ſit illud regnum.*

7 Reſpondit Ieſus. *Primò concluſionem factam concedendo, dicens.*

8 Tu dicis quia rex ſum ego. *Et ita eſt ſecundum veritatem. Sed conſequenter declarat huius regni conditionem,di.*

9 Ego in hoc natus ſum.*Temporaliter.*

10 Et ad hoc veni in mundum.*Per carnis aſſumptionem.*

11 Vt teſtimonium perhi.verita.*Docendo & radicando veritatē de diuinis in cordibus fidelium.*

12 Omnis qui eſt ex veri.*Prima quæ Deus eſt,non ſolū per creationem,ſed per imitationem & ſubiectionem.*

13 Audit vobis meam.*Corde credendo & opere obediendo,& per conſequens in talibus ſpiritualiter ego regno, & tale regnum in nullo impediebat imperatoris Romani dominium de quo quærebat Pilatus.*

14 Dicit ei Pilatus,quid eſt veri.*Non quærit diffinitionem veritatis,ſed quærit quæ eſt illa veritas,cuius virtute & participatione homines efficiuntur de regno Chriſti. Intellexit enim per hoc in quodam generali aliquod dominium exiſtens extra communē modum hominū & hoc eſt verum ſi intelligatur determinatè,& magis in particulari, quia veritas diuina filio appropriatur. Veritas per quam homines in præſenti efficiuntur de regno Chriſti,eſt quædam impreſſio & participatio veritatis diuinæ.Huius autem quæſtionis Pilatus non expectauit reſponſionem duplici de cauſa.Vna eſt,quia erat de regne ſpirituali,vt viſum eſt ipſe autem non habebat ſe intromittere niſi de temporalibus, & ideo hoc aduertens dimiſit illius quæſtionis proſequutionem. Alia cauſa fuit quia iam perceperat Chriſti innocentiam & Iudæorū maliciam,ſciens quod tradidiſſent eū per inuidiā. Igitur prætermiſſa quæſtione prædicta voluit procedere ad eius liberationem,vt ſtatim patebit.* Pilatus non expectauit Chriſti reſponſionem ꝓpter duo.

15 Et cum hoc di.*Hic conſequenter ponitur innocentiæ Chriſti declaratione.Cum enim Pilatus vellet eum liberare,vt dictū eſt, occurrit eius memoriæ modus conueniens liberationis ſuæ,videlicet de conſuetudine Iudæorum,qua dabatur eis à præſide in ſolennitate paſchali vnus vinctus in memoriam liberationis filiorum Iſrael de terra Aegypti, & propter hoc voluit Chriſtum liberare per hunc modum & primò ad hoc faciendum allegat Chriſti innocentiam,dicens.*

16 Ego nul.*Scilicet,dignam morte. Secundò allegat conſuetudinē, de cuius obſeruatione ſciebat eos eſſe cupidos,di.*

17 Eſt autem conſuetudo, &c. Vultis ergo dimit.vob.re.Iu. *Quaſi dicat, vos debetis hoc velle ad cuius intellectum ſciendum quod Pilatus volēs Chriſtū liberare poſuit eis ſub diſtinctione de liberatione Chriſti vel Barrabæ, & de nullo alio vt magis exprimitur Matt.27.b.*

✠ Sciebat

## MORALITER.

✠ 1 *Reſpondit Ieſus:Reg.meum non eſt de hoc mun.*Multi prælati qui tamen ſunt eius vicarij,contrarium videntur dicere facto,in pópis æquantes ſe principibus terrenis,vel etiam excedentes.

12 *Omnis qui eſt ex ve.&c.* Quam non audiunt,multi doctores & ſcholares theologi,qui neglecta ſacra ſcriptura circa curioſa & inutilia ſunt intenti.

14 *Quid eſt ve.* Per hoc autem quod non expectauit Chriſti reſpōſum, ſignificata fuit eius inſtabilitas quia timore Cęſaris, & fauore Iudæorū à veritate declinauit dando ſententiā cōtra

A ✠ Theophylactvs. Dignum eſt vt quæratur vnde moti Iudæi, conſuetudinem habeant dimittendi vnum vinctũ. Primo enim dicere poſſumus, quod docentes doctrinas mandata hominum, plurima iuxta ſua protulerunt nec diuinis vſi fuerunt legibus, vnde & hoc ita ſe habet, inique cõſuetudinem abiit etiam abſque natione, qualia multa abſque legis præcepto. Deinde talis inuenta eſt lex in ſcriptura, à qua veriſimile profectus eſſe abſolutiones illas condemnatorum. Scriptum enim eſt de eo qui præter voluntatem ſuam occiderit, ſi (Num. 35.)
B non propter inimicitias vel dedita opera affligere voluit viciuum iacens vas vel lapidem & caſu percutiens prætereuntem moriatúrque homo inuolutarius ſit homicida talis. Iudicabit autem omnis Synagoga, & abſoluent quidem illum à morte D non enim maligna mente occidit. Conſtituent autem eum in ciuitate refugij, hoc eſt, fuga mulctabunt, ex hoc fortè compulſi & coniectare poſſumus, ita enim mortem firmarunt, vt abſoluantur qui de homicidio fuerunt condemnati. Nam lex quidem iubebat hoc eſſe officium Synagogæ Iudæorum, & quia Romanis, ceſſaret regnum, Romanos fecerunt dominos abſoluendi ſicut nunc Pilatum.

regem Iudæorum? Clamauerunt rurſum omnes dicentes: 1
a Non hunc, ſed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. 2

a *Erat autem Barrabas latro.* Id eſt, filius magiſtri, id E eſt, diaboli, qui latroni in ſuo ſcelere Iudæis in perfidia magiſter fuit. Vel Barrabas, id eſt, filius patris, id eſt, diaboli.

### NICOLAVS DE LYRA.

✠ Sciebat enim. *Quod conſuetudinem ſuam nullo modo dimitterent, ex altera parte Barrabas erat ita peßimus, & populo odioſus, quod eius liberationem nullo modo vellent & ſic per conſequens liberationi Chriſti conſentirent. Sed ſacerdotes deceperunt populum, inducentes eum ad petendum liberationem Barrabæ & non Chriſti, & hoc eſt quod ſubditur.*

1 Clamauerunt rurſum, &c. ſed Barrabam. *Dimitte nobis.*

2 Erat autem Barrabas latro. *Scilicet, publicus & famoſus. Hoc addit euangeliſta, ad oſtendendum eorum malitiam, qui ad procurandum mortem Chriſti petierunt latronis publici liberationem contra bonum publicum & contra iuſtitiam.*

### MORALITER.

✠ Chriſtum. Et ſic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore à veritate iudicij declinantes.

1 *Clamauerunt ergo rurſum omnes dicentes* Exponatur ſicut Mat. 28. & Mar. 15. & Luc. 23.

### ADDITIO.

In cap. 18. *Vbi dicitur in poſtil.* Et ideo per paſchæ manducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis.

*Immo manducatio paſchæ intelligi debet tantum de agno paſchali vt declaratur in additione ſuper Mat. 26. vbi agitur de tempore cœnæ domini, vide ibi.*

### REPLICA.

In cap. 18. *Vbi dicitur. Et ipſi non introierunt prætorium ne contaminarentur, ſed manducarent paſcha: Poſtillator dicit, quod intelligendum eſt de manducatione panis azymi, non paſchalis agni Bur. opponit per ſuam minus autenticam computationem & digreßionem, quã ponit Mat. 26. Et ſi intelligi deberet de eſu agni prout Burg. vult, ratio Ioan. euangeliſtæ valeret contra Nicodemum, & alios ſepulturæ Chriſti intendentes, quia fuiſſent contaminati ex tactu mortui, per conſequens inhabiles ad manducandum paſcha ſic acceptum, vnde de eis dicere oportuit, & ipſi non ſepelierunt eum ne contaminarentur, ſed mãducarent Paſcha, ſicq; falſificarentur omnes euangeliſtæ, & puto, ſi computatio Bur. eſſet vera, quod non fuiſſent à Iudæis permißi ſepelire mortuum celebritate paſchali iam inchoata, quæ incepit à veſpera feriæ ſextæ ſecundum Burg. computationem.*

## CAPVT XIX.

☞ Capvt XIX.

C a *Tvnc ergo.* Hoc fecit Pilatus id eſt milites facere permiſit, vel etiam iuſſit, vt Iudæi ſatiati de pœnis à morte deſiſterent. († Mat. 27 c. Mar. 15. b.)

b *Coronam de ſpinis impoſuerunt.* In ſpinea corona noſtrorum notatur ſuſceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri voluit. Vnde præcurſor: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Spinæ namque in peccatorum ſignificatione ponuntur. Vnde dominus: *Terra tua ſpinas & tribu. ger.* Id eſt, conſcientia tua punctiones, & aculeos vitiorum procreare non deſiſtet. F (Ioan. 1. c. Gen. 3. c.)

¶ Ecce quam iniurioſa Pilatus & milites intulerunt Chriſto.

a †Vnc ergo apprehendit Pilatus Ieſum & fla- 1
b gellauit. Et milites plectentes coronam de ſpi- 2
a ¶ Deriſoriè, quia ſe regem dicebat eſſe purpura enim eſt ſignum regis.
nis impoſuerunt capiti eius, & veſte pur- 3 4
purea circundederunt eum, & veniebant ad 5
eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum: Et dabant ei alapas: † 6

☞ Exiuit

### NICOLAVS DE LYRA.
### Cap. XIX.

✠ Tvnc ergo apprehendit Pilatus. *Hic conſequenter euangeliſta deſcribit quid paſſus ſit Chriſtus à gentibus. Paßus autem eſt tria ab eis, ſcilicet, flagellationem, illuſionem, & crucifixionem, ſecundùm quod prædixerat ſaluator Mat. 20. c. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum. Et ideo euangeliſta primò agit de illuſione & flagellatione, ſecundò, de crucifixione, ibi:* Tunc ergo tra. *Prima in duas quia primò deſcribitur Chriſti flagellatio, & illuſio, ſecundò circa hoc oſtenditur Pilati intentio, ibi:* Exiuit iterum. *Circa primum ſciendum quod Pilatus vidit ex clamore eorum, quod nullo modo poterat dimittere. Ieſum omninò liberum cum pace ipſorum, ex altera parte durum erat ſibi innocentem interficere, & ideò ad ſatiſfaciendum eis fecit Chriſtum flagellari, & illudi, & hoc eſt quod dicitur,* (Quid paſſus Chriſt9 à gentibus. Diuiſio)

1 Tunc ergo apprehendit Pila. Ie. & fla. &c. *Non per ſeipſum immediatè, ſed per milites ſuos & miniſtros.*

2 Et milites ple. co. de ſpi. *Id eſt, de iuncis marinis ad modum ſpinarum duris & acutis.*

3 Impoſuerunt capiti eius. *Tanquam volenti regnare, & non potenti, quod fecerunt vt eorum illuſio reſponderet Iudæorum accuſationi.*

4 Et veſte purpurea circundederunt. *Tali enim veſte vtebantur reges.*

5 Et veniebant ad eum di. &c. *Hoc totũ factum eſt in illuſionem, vnde ſequitur.*

6 Et dabant ei alapas. *Vt illuderetur factis ſicut illuſerunt ſignis & verbis.*

✠ Exiuit

### MORALITER.

✠ 1 *Tunc ergo apprehendit Pilatus Ieſum & flagell. & milites ple. co. &c.* Beda Et quamuis hæc milites illudendo facerent, nobis tamen operabantur myſteria. Nam per ſpineam coronam noſtrorum noſtrorum deſignatur ſuſceptio peccatorum, quæ ſicut ſpinas terra noſtri corporis germinat. In veſtimento purpureo caro eius paßionibus obiecta ſignificatur. Purpura etiam veſtitur cum de triumphis ſanctorum martyrum gloriatur.

† *Aue rex.* Sic faciunt illi qui in eccleſiis deuotionis oſtendunt ✠ ſigna, &

A a *Exiuit ergo.* Ecce implentur quæ de ſe prædixerat Ieſus occulta potentia, commendatur patientia qua informantur martyres.

b *Et dicit eis.* Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus eſſe facta, ſiue iuſſerit, ſiue permiſerit, vt ſatiatis Iudæis hæc ſufficerent, ſed magis inardeſcunt & clamant: *Crucifige, crucifige.*

c *Filium Dei.* Ecce altera maior inuidia quia parua videbatur illicita affectatio regni, & tamen vtrumque verè erat Chriſtus, & rex & filius Dei. B

d *Ieſus autem.* Hic & in aliis locis legitur ſiluiſſe Chriſtus vt prophetia impleatur: *Sicut agnus coram tondente ſine voce, ſic non, aperuit os ſuum.* Quæ ſimilitudo de agno data eſt, vt in ſuo ſilentio nõ reus, ſed innocens habeatur. Non enim vt conſcius conuincitur, ſed vt manſuetus pro aliis immolatur.

† Luc.23.c.

Iſa.53.c.

e *Niſi ti.da.fuiſ.deſu.* C Id eſt, à Deo, quia non eſt poteſtas niſi à Deo, ſed tamen tibi talis data eſt, vt ſis ſub alterius poteſtate, & ideò maius peccatum eſt ei qui tradidit me tibi inuidendo, quam tibi qui exerces poteſtatem metuendo: Non tamen Pilatus eſt ſine peccato, & ideò ait, maius. D

a Exiuit ergo iterum Pilatus foras & dicit eis: Ecce adduco 1
b vobis eum foras, vt cognoſcatis, quia nullam inuenio in eo 2
¶ Mortis. a ¶ Non clarus imperio, ſed plenus opprobrio. 3
cauſam. Exiuit ergo Ieſus portans ſpineam coronam, & pur- 4
a ¶ Pilatus. b ¶ Q.d. Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum videtis. 5
c ¶ Qui ſe regem dixit 6
pureum veſtimentum, & dicit eis: Ecce homo. Cùm ergo vi- 7
diſſent eum pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Cru- 8
cifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & 9 10
¶ Quare mori debeat.
crucifigite. † Ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſpon- 11
derunt Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundùm legem * de- 12 13
c bet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus 14
hunc ſermonem, magis timuit: Et ingreſſus eſt prætorium 15 16
¶ Vbi non reſpondebat ſicut ouis ſilebat vbi reſpondet ſicut paſtor docet. 17
d iterum, & dicit ad Ieſum: Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum 18
non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Ne- 19
ſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem ha- 20
¶ Id eſt, quantulacunque habes, non enim tibi omnimodè liberum eſt. 21
beo dimittere te? Reſpondit Ieſus: † Non haberes poteſta- 22
e tem aduerſum me vllam, niſi tibi datum fuiſſet deſuper 23

GREGORIVS. Cum ſe dominus membrorum Satanæ manibus pro redemptione noſtra tradidit quid aliud quam eiuſdem Satanæ manum in ſe ſeruire permiſit, vt vnde ipſe exterius occumberet, inde nos exterius, interiúſque liberaret? Si igitur Satanæ manus eius poteſtas accipitur: eius manum iuxta carnem protulit, cuius poteſtatẽ corporis vſque ad ſputa colaphos, flagella, crucem, lanceámque E tolerauit, vnde & Pilato eius corporis membro ad paſſionem veniens dicit: *Non haberes in me poteſtatem vllam niſi, &c.* Sed tamen hanc poteſtatẽ quam contra ſe ei extrinſecus dederat ſuis ſeruire lucris intrinſecus cõpellebat. Pilatus enim vel Satan, ſub poteſtate illius ſuper quam poteſtatem acceperat, tenebatur, quia & ſuperior ipſe diſpoſuerat, hoc quod F inferius accedens, à perſecutori tolerabat, vt cum ex mala mente infidelium ſurgeret, vtilitati tamen electorum omnium ipſa quoque

Lib.3.Mor. cap.11.

* noſtram

† 22.q.1.c. Mouet.§. ſed obiicitur.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Exiuit ergo iterùm. *Hic oſtenditur circa prædicta Pilati intentio, quæ erat bona quantum ad hoc, quia prædicta iuſſerat fieri, vt Iudæi tali afflictione Chriſti eſſent ſaciati, & ſic conſentirent in eius liberationem ſine morte. Tamẽ per hoc nõ excuſatur à toto, quia cum eſſet iudex ſuper eos, non debebat ei quem ſciebat innocentem etiam minimam pœnam inferre. Igitur Euangeliſta circa ſequẽtia ſic procedit quia primo declarat conatum Pilati ad Chriſti liberationem. Secundò Iudæorum reſiſtentiam ad eius condemnationem, ibi:* Cum ergo vidiſſet. *In prima igitur parte dicitur ſic:* Exiuit ergo iterum Pilatus foras. *vbi Iudæi ſtabant, quia domum eius ingredi non audebant vt ſuprà dictum eſt.*

2 Et dicit eis. *Primo allegans Chriſti innocentiam.*

3 Ecce adduco vobis eum foras. *Poſtquam diligenter examinaui eum & flagellaui ad vobis ſatisfaciendum:* Vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. *Secundò oſtendit ipſius punitionẽ iam factam vltra condignum, cùm dicitur.*

4 Exiuit ergo Ieſus. *Ex præcepto Pilati.*

5 Portans ſpineam coronam &c. *Volebat enim Pilatus ſenſibiliter viderent qualiter fuiſſet illuſus & flagellatus, vt ſic mouerentur ad compaſſionem.*

6 Et dicit eis: ecce homo. *Quaſi dicat, etſi in aliquo malè egiſſet tamen vltrà condignum punitus eſt, & ideo deberet vobis ſufficere.*

Iudæorum reſiſtentia ne Chriſtus liberaretur.

7 Cum ergo. *Hic ponitur Iudæorum reſiſtentia, & hoc dupliciter, primo per irrationabilem clamorem, ſecũdò per rationem, ibi:* Reſponderunt Iudæi. *In prima parte dicitur ſic:* Cum ergo vidiſſent eum pontifices. *Sic flagellatum & illuſum & cognoſcerent, quod Pilatus ſic volebat dimittere ipſum.*

8 Clamabant. *Tumultuosè, & alios ad clamandum excitabant di.*

9 Crucifige. *Quaſi dicat, hæc pœna nullo modo nobis ſufficit, ſed petimus quod moriatur.*

10 Dicit eis Pilatus ac. *Deriſoriè & indignanter hoc dixit, quia non habebant poteſtatem iudicandi aliquem ad mortem, vt ſupra dictũ eſt, & eſt ſimilis modus loquendi, ac ſi diceret: Si haberetis poteſtatem dare mortis ſententiam, cito & ſine cauſa faceretis, ſed ego hoc agere nolo, ideo ſequitur.*

11 Ego enim non inuenio in eo cau. *Dandi talem ſententiam.*

12 Reſponderunt. *Videntes Iudæi, quod Pilatus non acquieſceret eorum clamori inceperunt allegare rationes alias quam ſuprà allegauerat. Non enim illas audebant reiterare, quia Pilatus iam illas euacuauerat, & ideo hic aliud allegant. Et primò allegant ipſum feciſſe contra legem Dei, ſecundò contra legem imperatoris Romani, ibi:* Exinde quærebant. *In prima igitur parte allegant ſic Iudæi.*

13 Nos legem habemus. *Scilicet, à Deo datam in monte Sinai.*

14 Et ſecundum legem debet mori. *Quia Leui.14.c. præcipitur, quod blaſphemi occidãtur, & tale crimen imponebãt ei, vnde ſequitur.*

15 Quia filium Dei. *Veruntamen Chriſtus hoc dicendo non blaſphemauit, ſed veritatem dixit, & per ſcripturam probatum, vt ſuprà habitum eſt cap.10.*

16 Cum ergo au.&c.ma.ti. *Non propter legem Iudæorum quam non obſeruabat, ſed ne verum eſſet, vt Ieſus ſibi oblatus eſſet verè Dei filius, & ſic factum enorme feciſſet ipſum flagellando & ideo de hoc voluit certiùs inquirere, vnde ſequitur.*

17 Et ingreſſus eſt. *Vt veritatem magis poſſet cognoſcere extra tumultum Iudæorum.*

18 Et dicit ad Ieſum. *Per hoc quærens ſi eſſet ex origine diuina ſecundùm veritatem.*

Chriſtus Pilato non reſpondit propter tria.

19 Ieſus autem reſpon. non de. *Primo quia erat homo gentilis & idololatra, & generationem filij in diuinis capere non poſſet. Secundò, quia nolebat paſſionem ſuam impedire. Tertiò quia prophetatum erat de eo, Iſaiæ 53.c.* Et ſi agnus coram tondente ſe obtumeſcet, &c. *Et ideo volebat illud propheticum implere.*

20 Dicit ergo ei Pi.&c. *Mirabatur de eius taciturnitate, cum in puncto liberationis vel condemnationis ſuæ. Sequitur,*

21 Neſ. quia ha. po. &c. *Q.d. mihi ſaltem deberes reſpondere.*

22 Reſpondit Ieſus. *Non ad impediendum ſuam paſſionem, ſed ad reprimendum Pilati iactantiam.*

23 Non ha.po.aduer.me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper. *Id eſt, à principibus Romanorum, & vlteriùs permiſſum à Deo, qui eſt poteſtas ſuperior. Et ex hoc arguitur eius peccatum, quia non acceperat poteſtatem à Cæſare, & à Deo condemnandi innoxios, ſed magis liberandi eos, & cum hoc oſtendit peccatum Iudæ, & Iudæorum eſſe maius quam peccatum ipſius Pilati, quia ad occiſionem Chriſti Iudas fuit motus cupiditate, Iudæi autem inuidia & rancore, ſed Pilatus fuit motus humano timore vt magis patebit, & hoc eſt quod dicitur.*

Propterea

## MORALITER.

✠ ſigna, & citò poſt iniurias Chriſto graues in mẽbris ſuis faciũt

8 *Clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum, &c.* Nam obſtinata nequitia non emollitur miſericordia.

a ¶ Iudaicus populus. ¶ Id eſt.ideo
a Propterea qui me trãdidit tibi, maius peccatum habet. † Et 1
exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem cla- 2
b mabant, dicentes: Si hunc† dimittis, non es amicus Cæſaris. 3 4
Omnis enim qui ſe regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus 5
¶ Timet,ſed non conſentit.
autem cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & 6
¶Pro iudice vel in ſede. ¶ Id eſt,iudicium vel iudiciale.
ſedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithoſtratos, Hebrai- 7
¶ Id eſt,collis vel ſublimitas. 8
c ce autem Gabatha. Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora 9
quaſi ſexta: Et dicit Iudæis: Ecce rex veſter. † Illi au- 10 11
tem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis 12
d Pilatus? Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt 13 14
e Pontifices: Non habemus regem niſi Cæſarem. Tunc ergo 15 16

† dimiſeris

† Ex eo ſub tempore

Exod. 16. d.

† Mar. 15. b.

☞ ipſa quoque crudelitas deſeruiret.

A a *Et exinde.* Id eſt, ex hac cauſa, ne haberet peccatum occidẽdi innocentem (& ſi minus illis inuidis) quærebat dimittere, non quod tunc primum quæreret, ſed ſi priùs volebat modo quærebat.

b *Si hunc dimittis, non es ami.* Suprà legem propoſuerunt, ſecundùm quam deberet mori, quia filium Dei ſe fecit: Sed quia ille legem gentis alienæ non timet, ſed magis timet occidere filium Dei, terrent eum à Cæſare, quem non poteſt vt autorem poteſtatis ſuæ contemnere.

c *Erat autem pa.* ✠ THEOPHY. Quomodo Marco dicente tertiam horam quando Chriſtus crucifigebatur B Ioannes ſextam dicit. Igitur hoc ſoluunt quidam, quia ſcripturæ ſchema ſit, nam litera quidem tertiam horam ſignificat, & eſt character eius talis. γ. litera autem quæ ſextam ſignat habet characterem talem ϛ veriſimile igitur literam γ gamma à ſcriptoribus non attentis tranſiſſe, quibuſdam mutilatis, in characterem epiſemi quo ſextus numerus ſignatur & ſic errorem hũc ortum. Quod autem hoc veriſimile ſit factum eſſe, at tertiam horam ſcriptam eſſe etiam apud Ioannem, & non ſextam, ſicut nunc manifeſtum eſt. Nam cum tres Euangeliſtæ conſonanter dicant quod à ſexta hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram & vſque ad horã nonam manifeſtum, manifeſtum quod Dominus noſter ante ſextam horam priuſquam fierent tenebræ crucifixus ſit, ſcilicet, circiter horam tertiam. Alij autem aiunt quod Marcus horam quidem qua lata eſt ſententia de crucifigendo domino manifeſtè & abſque dubitatione ponat. Vtique quia crucifigere & punire ab eo tempore iudices dicuntur, quo ſententiam proferunt, eò quòd vis pœnæ & mortis in linguis quoque ſit. Eius C gratia Marcus tertia hora crucifigi eum dicit à quo Pilatus ſententiam expoſuit. Ioannes autem cum Marcum dixiſſe tempus ſententiæ, horam in qua Dominum crucifixerunt dicit. Si D autem quis dicat, quare circiter horam tertiam cum dicatur crucifigi, vult iterum abſolui illum? Diſcat primum quidem quod à multitudine coactus dedit ſententiam, deinde & ſomnio mulieris impulſus fuerit. Inſuper conſidera & Ioannem dixiſſe, quod fuerat hora fermè ſexta, quaſi non definiens, & in ambiguo relinquens, dixit fermè ſexta.

AVGVSTINVS. Paraſceue quod interpretatur preparatio, eſt ſexta feria qua preparabant neceſſaria ſabbato, qua die precepit Moyſes duplo colligere manna propter ſabbatũ: *Hora quaſi ſe.* Quia iã inceperat ſexta hora diei, quando Pilatus E ſedit pro tribunali, & dum duceretur Ieſus, & cætera gererentur, completa eſt ſexta hora, ex qua tenebræ fuerant vſque ad nonam. Sed ne hoc facinus in Romanos, ſed magis in Iudæos retorqueatur, dicit Marcus hora tertia crucifixum, quia Iudæi clamauerunt ea hora: *Crucifige, crucifige.* Mar. 15. e.

Vel Paſcha eſt immolatio Chriſti, cuius paraſceue, id eſt, præparatio à nona hora noctis cœpit, qua in domo pontificis pronunciata eſt mors Chriſti à dicentibus, reus eſt mortis ab illa hora noctis nona vſque ad diei tertiam, ſex horæ ſunt præparationis, tres noctis tres diei, quarum ſexta iam cœperat cum Pilatus tribũnal aſcendit, quod adhuc erat præparatio immolationis, quæ facta eſt ſecundùm Marcum tertia non præparationis, ſed diei, & eadem eſt ſexta præparationis. Matt. 26. g.

d *Regem veſtrum crucifigam?* Adhuc terror quem de Cæſare ingerunt ſuperare conatur, dicens: *Regem ve. cru.* De ignominia eorum volens eos frangere, quos de ignominia Chriſti non poterat mitigare.

e *Tunc ergo.* Quia profitentur Cæſarem apertè contra eum eſſe ſi alium regem velit eis ingerere, dimittendo impunitum quem F propter hos auſus tradiderãt occidendum. Victus ergo timore. ☞ THEOPHY.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Propterea qui met.&c. *In quo concluditur peccatum Pilati, quia maius non dicitur niſi per comparationem ad minus.*

2 Et exinde. *Hic conſequenter allegant Iudæi Chriſtum feciſſe contra legem Imperatoris, quia videbant quod Pilatus parum erat motus eorũ prædicta allegatione, ſed volebat Ieſum omninò dimittere, & hoc eſt quod dicitur:* Exinde quærebat, &c. *Viderat enim Pilatus tanquã homo aſtutus, quod Chriſtus rationabiliter conuicerat eum de peccato ſi eum innocentem condemnaret, & ideo quærebat occaſionem dimittendi eum quod videntes Iudæi clamabant.*

3 Si hunc di. non es amicus. *Id eſt, non zelas pro honore & ſtatuto domini tui cuſtodiendo. Quod arguunt conſequenter di.*

4 Omnis enim qui ſe re.f.con. *Imperatores enim Romani abſtulerunt à Iudæis regiam dignitatem, ne haberẽt rebellandi occaſionem. Et ideo quicunque inter Iudæos dicebat ſe regẽ qualitercúnque videbatur contra ordinationem Imperatoris facere. Chriſtus autem conceſſerat ſe regem eſſe, vt patet ex prædictis, & ideo quamuis ſecundum veritatem hoc regnum non eſſet cõtra dominium Imperatoris, vt ſuprà dictum eſt, tamen hoc arguebantur apparenter. Pilatus autem non audebat etiam ſecundùm minimam apparentiam facere contra Imperatoris honorem, ideò ſequitur.*

5 Pilatus.&c. adduxit fo. Ie. *Vt coram Iudæis euidentiùs de facto inquireret, & eorum dictum falſum oſtenderet.*

6 Et ſedit pro tri. *Id eſt, in loco ſedis iudiciariæ.*

7 In loco qui dicitur litho. *Id eſt, lapidum ſtratura, & dicitur à lithos quod eſt lapis, & ſtratos quod eſt pauimentum ſiue ſtratura, & eſt nomen Græcum Hebraicè autem Gabatha, quia hoc nomen Hebraicum idẽ ſignificat ſicut Græcum. Ille enim locus erat ante domũ Pilati. Ante enim domos magnatorum ſolet eſſe locus de lapidibus præparatus.*

8 Erat autem Paraſce.&c. *Quia erat feria ſexta, & prima dies ſolennitatis Paſchalis dicebatur autem feria ſexta paraſceue, id eſt, præparatio, quia illa die præparabant Iudæi cibaria pro die ſabbati, in quo non erat licitum aliquid decoqui vt habetur Exod. 16. f.*

9 Homo qua.ſe. *Contrarium videtur Mar. 15. c. vbi dicitur.* Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. *Prius autem fuit iudicatus quam crucifixus:* ergo, &c. *Dicendum, quod ſecundùm veritatem erat tempus medium inter tertiam & ſextam, medium autem ab vtroque extremo poteſt denominari, & ideo Marcus expreſſit illud tempus medium per horam tertiam. Ioannes verò per ſextam.*

10 Et di. Iu. *Allegans pro Chriſti liberatione.*

11 Ecce rex ve. *Q.d. Mirum eſt quod hunc hominem abiectum & flagellatum dicitis ſibi velle vſurpare regnum Iudæorum.*

12 Illi autem cla. *Sicut furibundi.*

13 Tolle, tolle, crucifige eum. *Q.d. non poſſumus videre eum.*

14 Dicit eis Pilatus. *Allegans in crucifixione Chriſti eorum verecundiam, dicens.*

15 Regem ve. cruci. *Q.d. ex quo eũ regnare formidatis, & iam in hoc fuit fama magna erit vobis verecundia ſi morte moriatur ſic abiecta. Vnde & poſteà Pilatus ſcripſit titulum crucis ad eorum verecundiam:* Ieſus Nazarenus rex Iudæorum.

16 Reſponderunt pon. Non habe. re. ni. Cæ. *Ex quo patet, quod extunc perpetuæ ſubiectioni Romanorum ſe obligauerunt, renunciantes omni alteri regiæ dignitati. Patet etiam eorum obſtinatio ad procurandum Chriſti mortem, cum pro eius procuratione confeſſi ſunt in perpetuum ſeipſos ſubiectos ſeruituti.*

✠ Tunc

*MORALITER.*

✝ 16 *Reſpon. pon. non habe. regem niſi Cæſa.* Hoc facto clamant noſtri pontifices & curati, qui ſuas eccleſias dimittentes, ingerunt ſe negociis temporalibus principatus vel regni.

✝ *Et baiulans*

☞ ✠ THEOPHYLACTVS. Vide quomodo alium regem
A præter Cæſarem non cognoſcunt voluntariè ſe Romanorum Imperio ſubiicientes,& Dei regnum repellentes,ideò & Deus eos Romanis tradidit quos ſibi reges ſalutarunt deſtitutos diuino præſidio & cura.

✠ THEOPHYLACTVS. Vide autem & in veteri typo D quodam hoc factum. Iſaac enim & illic ligna portans vadit vt immoletur.Ita vt hoc loco dominus crucem habens. Vadit & quaſi miles arma gerit, quibus aduerſarium proſternat, quod autem Iſaac figura ſit domini manifeſtum,Iſaac enim interpretatur riſus, vel gaudium. Quis autem alius gaudium noſtrum factus eſt,quã is qui in conceptione humanæ naturæ per angelum χαῖρε, hoc eſt, gaude communicauit.

¶Id eſt,voluntati eorum. a ¶ Milites facto Iudæorum voto qui totum fecerunt quod fieri extorſerunt.
a tradidit eis illum,vt crucifigeretur.† Sûſceperunt autem Ie- 1
a ¶Suo humero vt eam commendaret imitaturis. 2
b ſum,& eduxerunt eum.Et bâiulãs† ſibi crucem exiuit in eum 3
a ¶Id eſt,decollatorum. ¶Locus decollationis. 4
qui dicitur Caluâriæ locum,Hebraicè autem Golgotha, vbi 5
a ¶Latrones vt alij dicunt,vt ſic cum impiis deputatus.
c crucifixerunt eum,& cum eo alîos duos,hinc,& hinc,mediũ 6
¶Operatur diuina vis in corde neſcientis.
autem Ieſum. Scripſit autem titulum Pilatus, & poſuit ſuper 7
¶Corde,non carne. 8
crucem. Erat autem ſcriptum Ieſus Nazarenus rex Iudæo- 9
rum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia 10 11
d prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. † Et erat 12
¶Tribus linguis ſcribitur,quaſi tribus teſtibus quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum. 13
ſcriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebant ergo Pilato 14
a ¶Qui prædixerant.Non ha.re.niſi Cæ. b ¶Non poteſt mutari quod veritas dixit,nec quod Pilatus ſcripſit.
põtificês Iudæorũ:Noli ſcribêre,rex Iudęorum,ſed quia ipſe 15
a ¶ Vt impleatur ſcriptura,Ne corrumpas tituli inſcriptionem.
b ¶Q.d Non corrumpo veritatem,etſi vos diligitis falſitatem.
dixit,rex ſum Iudęorũ.Reſpõdit Pilatûs:Quod ſcripſi,ſcripſi. 16
a ¶ De aliis veſtimentis ſine ſorte.
e † Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ, acceperũt veſtimẽtâ eius, 17
iam crucifixus eſſet.

a *Tradi.eis Ie.vt crucifigeretur*. Eis, non quod ipſi manibus eum acciperent,qui ſuprà hoc excuſauerant ſed vt crimine impliciti videantur, à quo alieni eſſe conantur,cum non niſi pro eis hoc faceret Pilatus,vnde nec B ait vt crucifigerent, ſed vt crucifigeretur iudicio & poteſtate Pilati.

b *Baiulans*. Portabat crucem ſuam Ieſus.Grande ludibriũ impiis, grande myſteriũ piis gloriantibus,quaſi in ſceptro regni,& eſt crux candelabrum lucernæ, quæ non erat ſub modio ponenda.Primò dominus crucẽ C portat, quia prior paſſus eſt.Poſteà impoſita eſt Simoni Cyrenæo,quia debemus ſequi veſtigia. ✠ THEOPH.

†Mat.17. Mar.15.c. Luc.23.e.

c *Et cum eo*. Latro qui permanſit in per E fidia , ſignificat Iudæos,qui confitetur Gentes ſignificat.

d *Et erat ſcriptum.* Hæ tres linguæ cæteris eminebant.Hebræa propter Iudęos in lege Dei gloriantes. Græca propter gentium ſapientes. Latina propter Romanos tunc penè omnibus Gentibus imperantes.

e *Milites ergo cum crucifixiſſent eum.* Ecce quæ geſta ſunt iuxta crucem, cum F

☞ *Quatuor*

†Mat.27.d. Mar.15.b. Luc.23 d. † ſuam

†Mat.27.d. Mar.15.c. Luc.23.c.

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Tunc ergo tra. *Hic incipit agere euangeliſta de crucifixione* Diuiſio. *Chriſti, & diuiditur in tres, quia primò agit de crucifixione , ſecundò de morte,ibi:*Poſteà ſciens Ie. *Tertiò de ſepultura,ibi:*Poſt hæc autem ro.*Prima in duas,quia primò deſcribit ipſam crucifixionem , ſecundò agit de conſequentibus ad ipſam,ibi:* Scripſit autem ti. *Circa primùm ſciendum quod Pilatus videns quod propter mortem Chriſti obligabant ſe Iudæi perpetuæ ſeruituti Roma. timuit ſi hoc refutaret, ne accuſaretur apud Cæſarem , & ideo motus timore Imperatoris, & fauore Iudaici populi,cui præerat,& à quibus pecunias leuare ſperabat contra iuſtitiam dedit ſententiam de morte innocentis,& hoc eſt quod dicitur:*Tunc er.tra.e.il.*Per ſententiam diffinitiuam.*

2 Vt cru.*Tamen priùs lauit manus ſuas,imponens peccatum de morte Chriſti Iudæis ipſis hoc recipientibus,vt habetur Matth.27.quamuis non eſſet per hoc excuſatus ſecundùm veritatem.*

3 Et ba.ſi.cru.*Primo enim portauit eam, vt hic dicitur , tamen poſtea inuenientes Simonem Cyrenenſem fecerunt ſibi portare crucem, vt citius veniret ad locum paſſionis , quia Ieſus per totam noctem præcedentem afflictus fuerat,& ideò lento gradu incedebat.*

4 Exiuit in eum.*Iſte locus erat propè ciuitatẽ Ieruſalem, & dicũt aliqui,quod dicitur locus Caluariæ à Caluaria Adæ ibi ſepulti.Sed hoc eſt falſum,quia ſepultus fuit in Hebron,vt dicitur Ioſue 14.Sed ſic nominatur locus Caluariæ,quia in illo loco malefactores decapitabantur & ſic patet mortis Chriſti turpitudo ex conditione loci , & ex modo mortis,cum dicitur.*

5 Vbi cru.*Crucifixio enim erat turpiſſimum genus mortis.*

6 Et cum eo ali. *Ex quo apparet turpitudo mortis Chriſti ratione ſocietatis,quia inter duos malefactores fuit crucifixus. Hoc autem factum eſt ex Iudæorum intentione & diuina ordinatione, tamen diuerſimodè,quia Iudæi per hoc intendebant inducere ſuſpitionem populo quod Ieſus eſſet particeps & principalis in eorum malefactis.Ex intentione autem diuina factum eſt hoc,vt impleretur ſcriptura Eſa.53.d.* Et cum iniquis deputatus eſt.

6 Scri.au.

7 Scri.au. *Hic ponuntur quædam conſequentia ad Chriſti crucifixionem,& ſunt tria,quia primum pertinet ad Pilatum, ſecundum ad milites crucifigentes Ieſum,tertiũ ad parentes Chriſti exiſtentes prope eum,ſecundum ponitur ibi:*Milites autem.*tertium,ibi:*Stabant autem.*Circa primũ ſciendum , quod modus Romanorum erat ſcribere cauſam mortis crucifixorum ſuper lignũ crucis.Iudæi autem contra voluntatẽ Pilati petierant Chriſtum crucifigi,vt patet ex prædictis,& ideò per talẽ modũ ſcripſit titulum, vt redundaret in verecundiã eorum, & hoc eſt quod dicitur:*Scri.autem ti.pi.*In quadã charta tabulæ affixa.*

8 Et po.ſu.cru.*Illam tabulam.*

9 Erat autem ſcri.Ieſus.*In quo exprimitur nomen proprium.*

10 Nazare. *Quo ad patriam.quia ibi fuit nutritus,vt dictum eſt.*

11 Rex Iudæorum. *In quo exprimitur cauſa mortis.*

12 Hunc ergo titu.mul.le.Iu.*Et cauſa ſubditur:*Quia pro.ciui. erat locus eſt cruci.Ieſus.*Et ideò multi de ciuitate poterant de facili illuc venire.*

13 Et erat ſcri.He.Græ.& La. *Vt omnes qui de diuerſis partibus orbis ad feſtum paſcale venerant poſſent illum legere,Venerant enim ibi aliqui Gentiles , vt ſuprà dictum eſt cap.12. Et ideò titulus fuit ſcriptus tribus linguis principalibus.*

14 Dice.ergo Pi.pon.Iu.no.ſcrip.*Quia videbant quod talis modus ſcribendi redundabat in verecundiam eorum , & maximè propter Gentiles, qui hoc verbum erant reportaturi ad diuerſas partes orbis,& ideò voluerunt titulum ſic corrigere.*

15 Sed quia ipſe di.rex ſum Iu. *Hoc enim modo non ſonaret in eorum verecundiam.*

16 Reſpon.Pi.Quod ſcripſi,ſcripſi.*Quod ſcripſerat confirmãdo. Nec fortuitu factum eſt hoc diuina præordinatione,quia hoc erat ante prophetatum,propter quod Pſal.58.qui loquitur de paſſione Chriſti, & duo pſalmi præcedentes ſic intitulantur : Ne corrumpas tituli inſcriptionem , & ideò titulus cruci Chriſti tripliciter deſcriptus non fuit mutatus,ſed magis confirmatus.*

17 Mili.er.*Hic ponitur ſecundũ conſequens ad Chriſti crucifixionẽ*

✠ *& pertinet*

## MORALITER.

✝ 3 *Et baiulans ſibi cru.&c.* Per hoc nos inducens ad ſui ſequelam,ſicut dixerat Matth.16.d.*Si quis vult poſt me veni.abne.ſemetipſum,& tol.cru.ſuam,& ſe.me.*

6 *Et cum eo alios,&c.*Exponatur ſicut Matth.27. & Mar.15.& Lucæ 23.

16 *Quod ſcripſi,ſcripſi.*Per hoc autem quod Iudæis petentibus Pilatus delere titulum, qui ſonabat confuſionem Iudæorum, noluit , ſed magis ipſum confirmauit, ſignificatum fuit quod Chriſti mors ad confuſionem eorum erat futura per exercitum Romanorum,& ad regni Chriſti exaltationem propter ſequentem reſurrectionem,propter quod tunc dixit Matth.vlt.d.*Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.*

17 *Mili.ergo cum crucifi.eum,acce.veſti.eius,&c.*Exponatur ſicut Matt.27.& Mar.15.

✝ *Cum*

a ¶ Hinc apparet quatuor milites fuiſſe qui crucifixerunt.
a & fecerunt quâtuor partes, vnicuique militi partem, & tuni- 1
a ¶ Acceperunt ſimiliter, ſed non ſimiliter diuiſerunt. b ¶ Hæc eſt cauſa quare non diuiſerunt. 2
c ¶ Quia charitas ſupereminet præ omnibus.
b câm. Erât autem tunica inconſutilis, † deſuper contexta per 3
c totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non ſcindamus eam, ſed 4 5
ſortiamur de illa cuius ſit, vt ſcriptura impleretur dicens: 6
¶ Non ſortiti. ¶ Alia quam tunicam. ¶ Tunicam. 7
† Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem meam miſe- 8
runt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabat 9 10
a ¶ Hæc erat mater Iacobi. 11
autem iuxtà crucem Ieſu mater eius, & ſoror ma-
a ¶ Filia Cleophæ.
d tris eius Mâria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vi- 12
diſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum † ſtantem quem

† à ſummis. † aſtantem

a *Quat.* Quadripertita veſtis ſignat eccleſiam toto orbe, qui
A quatuor partibus conſtat diffuſam omnibus partibus ęqualiter id eſt, cõcorditer diſtributam. Tunica ſortita omnium partium ſignificat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.

b *Incon.* Ne aliquando diſſoluatur vnitas eccleſiæ. Et ad vnũ peruenit, quia omnes in vnum collegit, ſicut & in duodecim vnus Petrus pro omnibus dicit: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* (Matth. 16.) Et ei pro omnibus dicitur. *Tibi dabo claues regni cœ.* Vnus pro omnibus quia vnitas eſt in omnibus. († Pſal. 22. d. 2. Cor. 6. b.)

✠ THEOPHYL. Quod autem tunica
B à ſummo fuerit contexta nõ fruſtra fuit appoſitum. Et alij quidem dicunt allegoriam per hoc ſignari, quod non ſimpliciter homo fuerit crucifixus, ſed at deitatem ſupernè habuerat. Quidam verò genus dicunt tunicula Euangeliſtam narrare. Quia enim Paleſtini duos pannos committendo contexunt veſtes, pro futura vtentes contextu, manifeſtans Ioannes quod talis fuerit tunicula dixit quod à ſummo per totum fuerit contexta, hoc eſt, ab initio & ſupernè vſque ad infima. Manifeſtat autem hinc vtilitatem veſtimentorum Chriſti. Alij autem dicunt quod in Paleſtina contexantur lilia non ſicut apud nos. Nam ſuprà quidem eſt filium, infrà autem contexitur panno, & ita regreſſio fit, ſed contrariò modo infrà eum ſunt filia in ſummo autem contexitur contextus, & talis fuit tunicula domini. Sacramentum quoque per hoc no-
C bis inſinuatur. Nam corpus domini ſupernè quidam contextũ eſt. Spiritus enim ſanctus venit ſuper virginem & virtus altiſſimi obumbrauit eam. Licet enim hominis naturam ſuſceperit, quæ infrà eſt, & ceciderit, ſed ſupernè Spiritus ſancti gratia conſtitit, & cõparata eſt diuina caro. Igitur ſanctum corpus Chriſti indiuiſibile eſt, & diuiditur & communicatur in quatuor partes orbis, vſum præbens ſingulis & vniuſcuiuſque animam ſancti- D ficans cum corpore per ſuam carnem vnigenitus & integer in omnibus eſt exiſtens vbique.

c *Deſu.* Quia charitas ſupereminet omnibus per totum, quia nemo eſt eius expers qui pertinere videatur ad totum, à quo toto ſicut Græca indicat lingua, catholica vocatur eccleſia, quę in ſorte Dei gratia commendatur.

✠ THEOPHY. Quomodo ſoror matris eius diceretur Maria Cleophæ cũ non habuerit alium puerũ. Cleophas frater fuit Ioſeph & cũ abſque liberis mor- E tuus eſſet Cleophas (vt quidam dicunt) Ioſeph eius vxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum vna & nunc commemoratur Maria quæ ſoror dicitur Deiparæ, hoc eſt cognata. Solet enim ſcriptura cognatos dicere fratres. Sicut & Iſaac de Rebecca dicebat. *Soror mea eſt.* Quamuis vxor eſſet, ita & hoc loco ſoror Deiparæ dicitur, quæ Cleophæ vxor habita propter cognationem.

d *Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat.* Qui diuina facturus, quaſi reppulit ignotam matrem, iam oſtendit veniſſe horam, quam tunc prædixit, in qua agnoſcit de qua fuerat mortaliter natus. Et docet vt à piis filiis impendatur cura parentibus, vnde & Apoſtolus: *Si quis ſuorum curam non habet, fidem negat, &c.* (1. Tim. 5. a.)

✠ THEOPHYLACTVS. Vide quomodo cum eſſent aliæ mulieres ſolius matris curam agat, nam oportet quidem parentibus ad pietatem obſiſtentibus non parere, non obſiſtentibus autem omni cura ſeruire, ſicut & ipſe cum migraret è vita, F quod veriſimile erat matrem delere & præſidium requirere cum credidit diſcipulo præfecturam eius. Occultat autem proprium nomen Euangeliſta modeſtiæ gratia.

☞ *Mulier*

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *& pertinet ad milites, qui crucifixo Chriſto diuiſerunt ſibi veſtes ſuas, & hoc eſt quod dicitur.* Mili. er. tum cru. eum, ac. ve. eius. *Et quo apparent duo, primùm eſt paſſionis Chriſti ignominia in hoc quod ndum eum crucifixerunt, quod non fit niſi abiectis & vilibus perſonis, ſecundùm eſt crucifigentium auaricia, quia Chriſti veſtes quamuis eſſent parum valentes, tamen ſibi rapuerunt.*

1 Et fece. qua. &c. *Quia erãt quatuor milites ipſum crucifigentes.*

2 Et tuni. *Scilicet, citra partes prædictas, quam non diuiſerunt, eò quòd erat inepta diuiſioni, quod patet ex eo quod ſubditur.*

3 Erat autem tunica inconſutilis. *Id eſt, ſine ſutura.*

4 Deſuper contexta per totum. *Ex hoc dicunt aliqui, quod Chriſtus precioſis veſtibus vtebatur. Sed Chry. dicit cõtrarium, dicens quod Paleſtina pauperes induebantur talibus indumentis reticulato opere factis ad modum ciliciorum, & hoc videtur veriùs, quia Chriſtus commendauit vilitatem veſtimentorum in Ioan. Bap. Matth. 11. a.* Quid exiſtis in deſer, vi. homi. mol. veſtitum? *Q. d. Non. Et præcioſitatem ibidem reprobauit, ibi:* Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus re. ſunt, &c. Ieſus autem cœpit facere & docere, *vt habetur Act. 1. a. & ideò non eſt veriſimile, quod vſus fuerat precioſis veſtibus.*

5 Dixerunt ergo, &c. Non ſcin. il. *Quia partes nihil valuiſſent.*

6 Sed ſor. de il. cuius ſit. *Vnde patet quod ſuper ſolam tunicam miſerunt ſortem. Sed contrarium videtur Mar. 15. b. vbi dicitur. Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius & mittentes ſortem ſuper eis, quod quis tolleret. Dicendum quod dictum Marci debet diuiſiuè intelligi ſic. Diuiſerunt ſibi veſtimenta eius, ſcilicet, alia à tunica, & poſteà ſequitur, mittentes ſortem ſuper eis, quod per ſynecdochen debet intelligi, ſuper eis, id eſt, ſuper aliquod eorum, ſcilicet, ſuper tunicam, quid quis tolleret, id eſt, quis tolleret illam tunicam. Sequitur.*

Pſal. 21. 7 Vt ſcriptura impleretur. *Quæ dicit Pſal. 21,*

8 Partiti ſunt veſti. mea ſibi. *Scilicet, alia à tunica inconſutili.*

9 Et in ve. meam miſe. ſor. *Id eſt, ſuper aliam tunicam inconſutilem, ex quo etiã patet quod Chriſtus propriè habebat plura veſtimẽta.*

10 Et mi. qui hæc fe. *Scilicet ſicut erat ſcriptum Pſal. prædicto, hoc addidit euangeliſta, vt oſtendat prophetiam impletam per factum eorum, patet etiam per prædicta falſitas Iudæorum exponentium Pſal. prædictum de perſecutione quam habuerunt Iudæi per Aman, dicentes quod Mardochæus fecit prædictum Pſalm. quia titulus Pſalmi oſtendit contrarium, quia ille Pſal. intitulatur à Dauid & non à Mardochæo. Item in principio Pſal. dicitur:* Longè à ſalute mea verba rugitus mei. *Secundũ veritatem Hebraicã & tranſlationẽ Hie. quod verificatũ eſt de paſſione Chriſti, qui non fuit liberatus à paſſione, quamuis de hoc clamaret ad patrem, ſicut ſuprà dictum eſt c. 12.* Pater ſaluifica me ex hac hora. *Tempore autem Mardochæi Iudæi fuerunt liberati celeriter poſt orationem eorum, quia priùs fuerunt liberati quam veniret tempus ſtatutum interfectionis eorum. Item ibidem ſubditur:* Foderunt manus meas, & pedes meos. *Quod non eſt impletum in Mardochæo, nec in aliquo Iudæo illius temporis, ſed magis è conuersò ipſi Iudæi Aman & filios eius crucifixerunt.*

11 Stabat. *Hic ponitur tertium conſequens ad Chriſti crucifixionẽ, & pertinet ad eius parentes, quia Chriſtus in cruce poſitus antequam moreretur voluit matri ſuæ de cuſtodia & miniſtro prouidere, dans exemplum aliis, vt ipſi ſint ſolliciti impendere debitum obſequium parentibus ſuis, & hoc eſt quod dicitur:* Sta. au. iu. &c. *Contrarium autẽ videtur Luc. 23 f. vbi dicitur:* Stabant autem omnes noti eius à longè. *Dicẽdum quòd primò fuerunt propè, vt hic dicitur, & tunc Chriſtus hæc verba dixit, ſed procedente paſſione propter turbam comprimentem ſe retraxerunt, ſecundùm quod dicit Lucas. Vel fortè iſtæ perſonæ hic nominatæ tanquam magis feruentes in amore Chriſti propinquius ſtabant, ſicut dicit Ioan. aliæ autem multæ perſonæ erant Chriſto notæ, quæ pro timore à longè ſtabant, & de illis loquitur Lucas, dicit tamen quod omnes noti eius ſtabant à longè, quia multò plures erant ſtantes à longè quàm à prope.*

12 Cum vidi. er. *Quem diligebat ſ. Ioã. qui ſcripſit hoc euangelium*

✠ *& propter*

## MORALITER.

✠ 12 *Cum vi. er. &c.* Per hoc autẽ, quod poſitus in tanto tormẽto matri ſuæ prouidit de miniſtro, docuit nos in quocunque ſtatu ſimus honorare parentes, inquantum fieri poteſt bono modo.

✠ *Et incli*

a *Mulier ec.* Matri quam relinquit, alterum pro ſe filium quodam modo tribuit. Nam cur hæc fecerit, hæc ſequentia indicāt. b *Et ex illa hora ac. eam di.* Qui etſi iam non haberet propria, in illa ſocietate centupliciter acceperat, vbi erant omnia communia nihil habens & omnia poſſidens.

A

tri oſtendens, quod poſthæc animæ iuſtorum in monumentis non verſantur, current autem in manus patris omnium, ſed peccator animæ in locum ſupplicij detractæ, hoc eſt, in infernum depelluntur. At illi camelum deglutientes, & calicem liquantes tali patrato facinore de die obſeruando diligenter cogitant.

D

c *Omnia conſumma.* Omnia quæ oportebat fieri antequam acciperet acetum, & traderet ſpiritum. d *Vt etiam, ſe.* hic, *con.* In ſiti mea po. me. ace. *di. Sitio.* Quaſi dicat, hoc minus feciſtis, date quod eſtis. Degenerauerāt enim à vino patrum de iniquitate mundi, quaſi de pleno vaſe impleti, habentes cor vt ſpongiam, cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulentum. Hiſopus humilis herba pectus purgat, ſignificat humilitatem Christi, per quem fuſus ſanguis nos emundat. Hanc circundederūt Iudæi, & ſe circumueniſſe putarunt. Arundo ſignificat ſcripturam, quæ hoc facto implebatur,

†i. ſuum ius

B

C

¶ Præ cæteris familiarius.
a diligebat, dicit matri ſuæ. Mulier, ecce filius tuus. † Deinde 1
a ¶ Quia ad eius curam quicquid ei eſt neceſſarium pertinet. 2
b dicit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accēpit eam 3
a ¶ Matrem. ¶ Qui omnia diſpoſuit per neſcientes agit.
c diſcipulus in ſuām. † Poſteà ſciens Ieſus quia omnia conſum- 4
d mata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura dicit: † Sitio. Vas † au- 5 6
tem poſitum erat aceto plenum. Illi † ergo ſpongiam † ple- 7
a ¶ Arundinem, vt alius dicit. 8
nam aceto, hyſopo circumponentes obtūlerunt ori eius. 9
a ¶ Quod prophetia prædixerat. Et quia nihil iam reſtat quod ante mortem fieri oportet, & tradidit ſpiritum, vt qui poteſtatem habebat ponendi animam ſuam, & iterum ſumendi eum.
Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit. † Conſummātum 10
eſt. Et inclinato capite tradidit ſpiritum. Iudæi ergo, quoniā 11 12
paraſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora ſabbato, 13
(erat enim magnus dies ille ſabbati) rogauerunt Pilatum, vt 14
a ¶ Vt morerentur. b ¶ Mortui de ligno, ne pendentes magnum diem ſui diuturni cruciatus horrore fœdarent. 15 16
frāngerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo 17 18
milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui cru-
cifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt vi- 19
derunt eum iā mortuum, nō fregerunt eius crura. † Sed vnus 20

Dicit enim vt ne maneāt in cruce corpora rogauerunt Pilatū, hoc eſt, obſecrauerunt vt tollantur. d *Sed vnus.* Vigilanti verbo vſus eſt. Nō dicit percuſſit vel vulnerauit, ſed aperuit, vt illi quodammodo vitæ oſtium panderetur, vnde ſacramenta eccleſiæ emanauerunt, ſine quibus ad vitam nō intratur. Ille ſanguis fuſus eſt in remiſſionem peccatorum. Aqua, & lauacrum præſtat & potū. Ecce oſtium in latere arcæ quo intrāt animalia diluuio non peritura: Ecce mulier facta de latere dormientis.

†27. q. 2. quod autē. §. item ſi cō iuges & c. priuſquā. & c. ſi enim

† Pſal. 68. c.
† igitur
† autem
† impletam

E

† De celebra. mi. c. in quadam §. ſed aduerſus.

Gen. 6 c.
Gen. 2. d.

F

† De conſe. di. 2. c. 1. & c. non oportet

✠ Theoph. Tradidit quidem Spiritum dominus Deo & patri oſtendens,

✠ Theophy. Conſidera quomodo per ſaucium latus, vulnus lateris, hoc eſt Euæ ſanatur, & ſicut in paradiſo vbi Adam obdormiuit ablata eſt ab eo coſta, & hoc loco cum

De cel. miſ. c. cum Marthæ §. quæſiuiſti. & c. in quadam. §. per hoc autem.

NICOLAVS DE LYRA

*& propter hoc de ſe loquitur tanquam de quodam altero, vt ſuprà dictum eſt.*

1 Di. ma. ſuæ. Mulier ecce fi. tuus. *Q. d. vſque nunc fuit tibi ad obſequium, de cætero iſte erit loco mei. Et nota, quod loquens matri ſuæ de cruce, non dixit ei, mater, ſed mulier, vocans eam communi nomine, ne ex teneritudine nominis materni ſi exprimeretur, aggrauaretur animus virginis videntis paſſionem filij.*

2 Deinde di. diſci. &c. *Q. d. deput° te ad eius obſequium.*

3 Et ex il. hora ac. &c. in ſuam. *Scilicet, curam & diligentiam.*

Diuiſio

4 Po. ſci. *Hic agit euangeliſta de Chriſti morte. Et diuiditur in duas quia primò ponitur Chriſti conſummatio per mortem, ſecundò eius lanceatio poſt ipſam, ibi,* Iudæi ergo, *Circa primum ſciendum quod conſummatio noſtræ ſalutis conſummanda erat per venerabilem mortem Chriſti, vt declarat Apoſtolus Heb. 2. & hoc eſt quod dicitur hic:* Poſteà. *ſupple quæ dicta ſunt.*

5 Sciens Ie. &c. *Scilicet, quæ ſcripta erant de Chriſto paſſuro, quia pauca reſtabant ante mortem eius implenda, ſcilicet: eius potatio, quæ in promptu erat: Vnde ſequitur.*

6 Vt conſum. ſcri. *Pſal. 68. e. In ſiti mea po. me aceto ideò ad illud reſiduum implendum.*

7 Dicit, ſitio. *Tantùm laborauerat & de ſanguine emiſerat, quod corpus eius erat deſiccatum & aduſtum, & propter hoc ſitiebat ſupra modum, & talis ſitis eſt maximum tormentum.*

8 Vas autem poſi. erat, &c. *Illud enim portauerant milites vt darent crucifixis ad bibendum, vt per hoc citius morerentur, & ſic de cuſtodia eorum in cruce expedirentur. Talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi, vt dicunt aliqui. Aliā autem cauſam huius aceti tetigi Matt. 22. quæ videtur probabilior iſta, & hæc eſt ibidem ſatis diffusè poſita propter quod hic omitto.*

9 Illi ergo ſpon. &c. *Id eſt, ligno hyſopi.*

10 Circun. ob ori eius, *Erat enim eleuatus à terra, ita quod ſola manu non poterant attingere ad os eius.*

11 Cum ergo. *Contrarium videtur Matth. 27. vbi dicitur:* Noluit bibere. *Dicendum, quod illud quod eſt modicum quaſi nihil reputatur, vt dicitur 2. Phyſi. & ideò quia parum de illo aceto accepit, vt dicit hic Ioan. Matt. dicit:* Noluit bibere *Per talem etiam modum loquendi dicimus communiter de parum bibente, quod non vult bibere.*

12 Di. con. eſt. *Scilicet, quicquid erat ſcriptum de me, Vel aliter:* Conſumma. eſt. *Opus redemptionis humanæ.*

13 Et incli. ca. tra. ſpi. *Oſtendens ex modo moriendi, quod moriebatur ex obedientia patris, & non inuoluntariè, ſicut ſuprà dixerat cap. 10. Nemo tollit à me animam, ſed ego pono eam.*

Diuiſio

14 Iudæi ergo. *Hic deſcribitur vulneratio Chriſti mortui, & diuiditur in tres, quia primò ponitur vulnerationis occaſio, ſecundò ipſa vulneratio, ibi:* Venerūt ergo milites. *Tertio dicti certificatio, ibi:* Et qui vidit. *Circa primùm ſciendum, quod occaſio vulnerationis Chriſti mortui fuit, quia Iudæi volebant cadauera de cruce deponere propter ſolennitatem craſtinam imminentem, quæ incipiebat à veſpera illius diei, in quo Chriſtus fuit crucifixus, licet enim fuerit crucifixus prima die Paſchæ, quæ erat ſolennis apud Iudæos, tamen ſecunda dies protunc fuit ſolennior ratione ſabbati apud Iudæos. Dies enim ſabbati occurrens infrà octauam Paſchæ erat dies ſolennior, quia tunc feſtum duplicabatur, & hoc eſt quod dicitur:* Iu. ergo quo pa. er. *Id eſt, dies veneris, in cuius veſpera incipit ſolennitas ſabbati ſequentis.*

15 Vt non rema. &c. *Erat enim hoc indecens in tanta ſolennitate, vnde ſequitur.*

16 Erat enim magnus. *Quia ſicut dictum eſt, ſolennitas eius duplicabatur propter octauam Paſchæ concurrentem.*

17 Rogaue. Pilatum, vt fran. eorum cru. *Ne aliquo modo euadere poſſent & tollerentur de patibulis.*

18 Venerunt ergo milites. *Sed videtur, quod veniſſent ad Ieſum antequam fregerunt crura ſecundi, quia Ieſus erat in medio amborum. Dicendum, quod duo milites frangebant, & vnus fregit crura vnius latronis ex vna parte, & alter crura alterius ex altera parte, & ſic ambo venerunt hinc inde ad Ieſum qui erat in medio, & hoc eſt quod diitur.*

19 Ad Ieſum autem cum veniſſent, vt viderūt eum iam mortuum non fregerunt eius crura. *Quia hoc non fiebat niſi adhoc quod euadere non poſſent, depoſiti de patibulis.*

20 Sed vnus militum lancea latus eius aperuit. *Vt certificaretur de morte eius.*

✠ Et continuò

MORALITER.

12 *Et incli. ca. &c.* Theo. Tradidit autem dominus ſpiritum Deo patri, oſtendens quod nequaquā ſanctorum animæ conuerſantur, in tumulis, ſed deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum pœnarū delatis, videlicet in infernum.

20 *Sed vnus mi. lan. la. eius ape.* Theophylvs. Vt Iudæis placeant, lanceant Chriſtum; circa corpus exanime contumelias inferētes, iſtis autē ſunt ſimiles qui mortuos perſequuntur.

† *Et continuò*

loco cum Dominus obdormiuiſſet coſtam militi dedit Rom-
A phea autem militis, figura eſt Romphæ verſatilis, quæ prohibet nos à paradiſo, quia omne quod verſatur niſi quid obſiſtat, non abſiſtet à ſuo curſu, Dominus oſtendens quod Rompheam illam ſiſtat ſupponit in figura latus frameæ militis, oſtendens nobis quod ſicut framea militis repulſa lateri ſtetit, ita & flãmea ſtabit, & non vltrà interminetur & verſione ſua exterreat prohibendo ingreſſum in paradiſum. Confundantur Armenij qui nõ admiſcant in myſteriis
B aquam viuo. Non enim credunt (vt videtur) quod aqua ex latere egreſſa ſit, quod admirabilius, ſed ſanguis tantùm. Et hoc loco deſtruũt magis miraculũ, itáque ſanguis ſymbolum hominis crucifixi, aqua verò quod is ſit ſuper hominẽ, hoc eſt Deus.
a *Sicut mos eſt ſepe.* Non fruſtra ait, ſicut mos eſt Iudæis, ſed admonet in huiuſ-
C modi officiis morẽ cuiuſque gentis eſſe ſeruandum.
b *Erat*

b *Erat autem in propinquo.* ✠ THEOPHYLACTVS. Singu- D
lari diſpenſatione factum eſt, vt in propinquo eſſet monumentum, vt & diſcipuli poſſunt adeſſe, & ſpectatores, ac teſtes facti fieri, & milites mitti poſſunt ad cuſtodiam, & vt ceſſaret etiam propter locum furti ſuſpitio, quæ omnia non contigiſſent ſi procul fuiſſet ſepultus. Nomen autẽ erat ſepulchrũ, vt non calumnietur quis reſurrectionem quod alius reſurrexerit, & non Ieſus. Et aliter quoq; monumentum ſymbolo quodam manifeſtat futuram nouitatem per ſepulturã domini contra mor-
tem & corruptionẽ E
& quod innouandi ſumus omnes in illo. Vide autẽ & diuitias paupertatis domini propter nos qui eũ non habuit domum in vita, neque poſt mortem ſepulturam habet, ſed in alieno deponitur, & cũ nudus eſſet à Ioſeph veſcitur. Eſt & nũc Ieſus mortuus cũ occiditur ab auaris, ſed &
mudus eſt, quęcunq; F
enim pauper patitur Chriſtus patitur.
Cap.

† pupugit

militum lancea latus eius † aperuit, & continuò exiuit ſanguis 1
& aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit, & verum eſt e- 2
¶ Non ait, ſciatis: Scit ipſe qui vidit, credat ei qui non vidit. 3
ius teſtimonium, & ille ſcit, quia vera dicit, vt & vos credatis.
¶ Ob quod dixit, non fregerunt eius crura.
Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura impleretur: † Os non com- 4
a ¶ Agno. b ¶ Ad hoc quod dixit lancea latus eius aperuit.
c ¶ Quia in ea carne & venturus eſt in qua eſt crucifixus.
minuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. † Videbunt in 5
quem † transfixerunt. † Poſt hæc autem rogauit Pilatum Io- 6
ſeph ab Arimathia, eò † quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus 7 8
autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Ieſu, & 9
& permiſit Pilatus: Venit ergo, & tulit corpus Ieſu. † Venit 10 11
a ¶ Quia non nocte ſolùm, ſed nocte primùm.
autem & Nicodemus, qui venerat ad Ieſum nocte primum, 12 13
ferens mixturam myrrhæ & aloes quaſi libras centum. Ac- 14
ceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt eum lintheis cum 15 16
a aromatibus, ſicut mos eſt ſepelire Iudæis. Erat autem in loco 17
b vbi crucifixus eſt Ieſus, hortus: & in horto monumentum 18
a ¶ Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum, nemo poſt eum, ita in hoc monumento.
b ¶ Accelerata ſepultura ne veſperaſceret, quando nihil tale licebat facere.
nouum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo 19
propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxtà erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

† pupugerunt
† Mat. 27. g. Mar. 15. d. Luc. 23. g.
† cum
† Venit ergo & tulit corpus Ieſu.
† Exo. 12. g. Num. 9. b.
† Zac. 12. c.
† Suprà 3. a. & 7. g.

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et continuò exi. ſanguis & aqua. *Sanguis ad noſtram redemptionem, aqua ad peccatorum ablutionem. Sciendum tamen, quod iſta qua miraculosè exiuit, quia non fuit humor phlegmaticus, vt dicunt aliqui, ſed aqua pura ad oſtendendum quod corpus Chriſti erat ex veris elementis compoſitum, contra errorem eorum qui dixerunt eum habere corpus cœleſte, ſicut dixit Valentinus & ſequaces ſui, & eorum qui dixerunt eum habere corpus phantaſticum, ſicut Manichæi.*

2 Et qui vidit. *Hic ponitur certificatio, quia ipſe Ioannes qui ſcripſit hoc euangelium, præſentialiter exiſtens, vidit hoc factum, & ideò eius teſtimonium eſt efficax ad credendum, & hoc eſt quod dicitur:* Et qui vidit. *Id eſt, ego ipſe, loquitur enim de ſe per modum alterius ſicut ſuprà dictum eſt,*

3 Teſtimonium perhibuit, *Patet litera per prædicta: Sequitur.*

4 Facta ſunt enim hæc, vt ſcriptura imple. *Exod. 12. g.* Os non com. ex eo. *Agnus enim Paſchalis fuit figura expreſſiua paſſionis Chriſti, ideò ordinatione diuina conſtitutum eſt vt oſſa agni paſchalis non frangerentur, vt ſic figura & veritas correſponderent, quia veri agni oſſa non ſunt fracta in cruce, vt prædictum eſt.*

5 Et iterum alia ſcri. di. *De eius transfixione Zach. 12. c.*

6 Videbunt in quem tranſ. *Litera Hieron. habet:* Aſpicient ad me quem confixerunt. *Propheta enim loquitur in perſona Chriſti, loquens in prima perſona, ſed euangeliſta refert illud ad Chriſtum loquens in tertia perſona, & eadem eſt ſententia. Illa autem transfixio propriè fuit in lanceæ vulneratione. Sed hæc videbitur à Iudæis in iudicio futuro, quia cicatrices vulnerum reſeruatæ ſunt à corpore Chriſti reſurgente non ſolùm ad certificationem ſuæ reſurrectionis oſtendendo illas cicatrices Apoſtolis, ſed etiam ad conuincendum Iudæos in futuro iudicio de peccato ſuæ mortis.*

7 Poſt hæc autem. *Hic agitur conſequenter de Chriſti ſepultura, quæ fuit glorioſa, ſecundùm quod erat prædictum Iſa. 11. c. Et erit ſepulchrum eius glorioſum, quamuis præcedens mors fuit ignominioſa, & hoc eſt quod dicitur:* Poſt hæc autem rogauit Pila. Io. *Erat enim ei familiaris, cum eſſet nobilis decurio, vt dicitur Mar. 15. d. & ideò ſecurius eum rogauit.*

8 Ab

8 Ab Arimathia. *Oriundus. Eadem eſt ciuitas quæ 1. Reg. 1. a. dicitur Ramatha, de qua fuit Samuel.*

9 Eò quòd diſcipu. eſſet Ie. *Id eſt, fideliter credens eius doctrinæ.*

10 Occultus autem pro. me Iu. *Ante enim paſſionem ex imperfectione timebat de ſynagoga expelli, quod erat ignominioſum, ſi confiteretur Chriſtum, tamen poſt paſſionem feruentior factus exemplo Chriſti animatus manifeſtauit ſe volens Chriſtum honorificè ſepelire, & ideò ſequitur.*

11 Vt tolleret corpus Ieſu. *Ad ſepeliendum.*

12 Et permiſit Pila. *Tum propter reuerentiam petentis, tum propter innocentiam Chriſti paſſi, quem ipſe cognouerat.*

13 Venit ergo, & tulit corpus Ieſu, de cru. *Corpora enim damnatorum non poterant ſepeliri, niſi de licentia præſidis.*

14 Venit aut. & Ni. qui vener. ad Ie. no. *Vt ſuprà dictum eſt 3. a.*

15 Ferens mixturam myr. & aloes quaſi li. *Iſte etiam Nicodemus ante paſſionem Chriſti ſicut Ioſeph erat Chriſti diſcipulus occultus, ſed poſt paſſionem ex feruore ſe manifeſtauit ſicut Ioſeph. Sciendum etiam quod licet ex deuotionis iſtam vnctionem faceret, videtur tamen, quod plenam notitiam de Chriſti reſurrectione non haberet, quia de eo erat ſcriptum Pſal. 15. c.* Non dabis ſanctum tuum videre corruptionẽ. *Propter quod non indigebat vnctione conſeruãte cõtra putrefactionem.*

16 Acceperunt ergo cor. Ie. & ligaue. eum lin. *Id eſt, pannis lineis inuoluerunt. Propter quod ſtatutum eſt, quod corporalia ſuper quæ conficitur corpus Chriſti non fiant de panno ſerico, ſed tantum lineo, vt habetur de conſe. diſt. 1. c. conſulto omnium.*

17 Erat au. in lo. vbi cru. eſt hor. *Id eſt, prope locũ crucifixionis.*

18 Et in horto monumen. no. *Hoc factum eſt propter certitudinem dominicæ reſurrectionis, quia ſi fuiſſet ſepultus in monumento, vbi iam alij fuiſſent ſepulti, poſſet reſurrectio dominica à Iudæis alteri imputari.*

19 Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, qui iuxta. *Hoc eſt dictum, quia feria ſexta in qua licitum erat operari & corpora ſepeliri, iam declinabat ad veſperam, & ideò ſepelierunt Ieſum in loco propinquo, quia non poterant longè portare, propter ſolennitatem ſabbati de propinquo imminentem, &c.*

## MORALITER.

1 *Et continuo exi. ſan. & a.* Ex quibus habent efficaciam eccleſiæ ſacramenta.

7 *Poſt hæc autem ro. Pila. Ioan.* Exponatur ſicut ſuprà Mat. 27. g. & Matt.

& Mat. 15. d. *Venit au. & Ni.* Sequitur.

15 *Ferens mixturam myrrhæ.* Per ipſum ſignificatur doctor bonus ferens mixturam, id eſt, doctrinam ex autoribus ſacræ ſcripturæ confectam, ad vngendum corpus Chriſti myſticum ad eius ſalutem.

ADDITIO I.

In cap.19.*Vbi dicitur in Poſtilla.* Secundùm eſt crucifigentium auaritia, qui Chriſti veſtes quamuis eſſent parum valentes, tamen ſibi rapuerunt.

*Non eſt veriſimile, quod milites qui communiter honeſtos ſeu liberales ſe demõſtrant, etiã ſi eſſent interius ſecũdùm veritatem cupidi, tantam auaritiam in ipſis eſſe publicè oſtenderent, ideò quidam dicunt quod milites ſeducti à Phariſæis qui Chriſtum aſſerebant facere miracula in Beelzebub, vt Luc.11.b. Scientes quod ad tactum fimbriæ veſtimenti eius ſanabantur infirmi, vt Luc.8.f. veſtes Chriſti accipiebant, vt cum eis alia medicinalia ſeu aliqua alia faſcinatoriè facere experirentur, quod etiam redundabat in ignominiam Chriſti, vt hoc videntes crederent ipſum fuiſſe maleficium.*

ADDITIO II.

In eod. cap.*Vbi dicitur in poſtilla.* Et nota quod loquens de cruce matri ſuæ, non dixit mater, ſed *mulier.*

*Non ſolùm tempore paßionis, ſed etiam tempore gaudij, ſeu conuiuij nuptialis Chriſtus vocat matrem ſuam eodem nomine, ſicut hic, ſcilicet, mulier, non autem mater, vnde ſuprà 2.a.* Quid mihi & tibi mulier? *Idcircò ratio huius vocationis attribuenda eſt ſummæ humiliati vtriuſque filij, ſcilicet, & matris. Sicut enim Chriſtus cum in forma Dei eſſet, ſeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, vt Philip. 2.a. eadem ratione cum filius Dei viui verus eßet, communiter ſe vocat filium hominis: quod eſt nomen commune cuicúnque homini, pari ratione matrem cuius humilitatem maximè cognoſcebat, mulierem vocat, quod eſt nomen commune cuilibet mulieri, non autem matrem, quod maximam dignitatem includit, cum ſit mater Chriſti.*

ADDITIO III.

In eod.cap.*Vbi dicitur in poſtilla.* Licet enim fuerit crucifixio prima die Paſchæ, quæ erat ſolennis apud Iudæos.

*Chriſtus fuit crucifixus in paraſceue Paſchæ quæ non erat ſolennis apud Iudæos, vt habetur infrà eo. c. Ibi ergo propter paraſceuen poſuerunt eum vt magis declaratur in additione ſuper Matt.26.cap.*

ADDITIO IIII.

In eod.cap.*Vbi dicitur in poſtilla.* Quòd feria ſexta, in qua licitum eſt operari, & corpora ſepeliri, iam declinabat.

*Hæc feria ſexta in qua Chriſtus fuit crucifixus, nõ erat ſolennis apud Iudæos. Vnde & licitum erat in ea operari & ſepeliri, prout latius dictum eſt in additione ſuper Matth.26.ca.*

REPLICA.

In cap.20.*poſtil.dicit de auaritia crucifigentium, in eo quod veſte Chriſti etiam parum valentes rapuerunt. Burgen. opponit dicens, quod non eſt veriſimile, quod milites qui vt communiter ſe honeſtos & liberales oſtendunt, auaritiam ſi quam in mente habuerunt publicè demonſtraſſent. Ego autem puto illos non fuiſſe milites ſecundùm communem ſæculi dignitatem, nam hi non conſueuerunt ad tam vilia officia lectorum & ſuſpenſorum deputari, ſed fortaßis illis temporibus vocabantur milites ſeruientes Reipublicæ in executione iuſtitiæ. Nam de ſolis militibus ſecundũ dignitatem non dicitur:* nemo tenetur ſuis ſumptibus militare. *id eſt,* Reipubl. ſeruire. *ſed etiam de cæteris. Miles autem communi nomine dicitur à militando, ſicq; cuncti ſeruientes reipu. poſſunt dici milites à militando, id eſt, ſeruiendo, qui etiam non tenentur propriis ſtipendiis militare. Si tamen propriè dicti ſunt milites, non mirum, quod oſtenderunt ſe publicè auaros, qui ſe oſtenderunt diſcolos & publicos ribaldos in multis contra Ieſum, immò præter communem conſuetudinem circa interficiendos, vt patet in potione fellis, illatis conuitiis quæ fieri non conſueuerunt ab honeſtis contra morti adiudicatos.* 1.Cor.9.a. Miles

*In eod. ca. vbi poſtil. dicit, crucifixionem factam prima die Paſchæ quæ erat apud Iudæos ſolennis: Burgen. propter ſuam ſingularem minus tamen autenticam computationem, dicit quod paraſceue non erat ſolennis apud Iudæos, quod quia factum eſt eò quòd fundat Burgen. factũ ſuum ſuper obſeruantia traditionis phariſaicæ, quam Chriſtus contra Dei præceptum non admiſit, præceptum autem Dei fuit quod 15. luna prima menſis eſſet celebris. Conſtat autem paraſceue fuiſſe decimaquinta luna, quia luna decimaquarta, etiam ſecundùm Burgen. Chriſtus cœnauit allegans igitur traditiones contra Dei præceptum, cùm Burgen. audire debet. Quare tranſgredimini præceptum propter traditiones* Matt.15.a. *veſtras? amiſſo tamen computo Burgen. etſi paraſceue tota dies non fuiſſet celebris vſque ad veſperam, tamen tempore ſepulturæ celeberrima fuiſſet, quia ſecundùm eum paſcha & ſabbatum concurriſſet ad veſperam, quando apud Iudæos incipit feſtiuitas ſequentis diei.*

CAPVT XX.

A a VNa autem, &c. ✠ THEOPHYLACTVS. Vnum ſabbatorum nominat, quam nos dominicam vocamus, nam ſabbata dies hebdomadæ nominant, vnã autem eorum dierum ſabbati, primũ. Etenim reuera dies omnes vna ſunt. Sæpe autẽ cum accipitur vna ſi & componitur multas facit. Vna itaq; eſt prima, bis autem ſi accipitur facit fit ſecunda, & tertio ter tia & deinceps. Futuri autẽ ſæculi typus B eſt dies iſte, quod ſecundùm vnus dies, nunquam morte diſſectus & dimidiatus. Deus enim ſol eſt eius qui nunquam occidit. C Igitur quemadmodum in hoc reſurrexit Dominus corruptibile ſuum corpus incorruptibile recipiens, ita & nos in futuro ſæculo incorruptionem recipiemus.

*Cum adhuc tenebræ eſſent.* ✠ THEOPHYLACTVS. Qua hora quidem fuerit reſurrectio nullus ſcit ſicut & tempus ſecundi aduentus incertum. Quamuis autem Matthæus dicat D profun-

## CAPVT XX.

¶ Quam Matthæus primam ſabbati dicit. a ¶ Cum iam tempus operandi rediſſet

a VNa autem † ſabbati Maria Magdalenę venit mã- 1 2

a ¶ In requirendis intelligentiam.

b ne, cum adhuc tenebræ eſſent ad monumentum,

b ¶ Ex nimio ardore.

a ¶ Alias, reuolutum.

¶ Cucurrit nunciare diſcipulis, vt aut ſecum quærerent aut ſecum dolerent.

& vidit lapidem ſublãtum à monumento. Cucurrit ergo, 3 4

†Mat.28.a. Mar.16.a. Luc.23.a. †ſabbatorũ

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XX.

✠ VNa autem ſab. *Poſtquàm euangeliſta deſcripſit Chriſti crucifixionem & mortem hic conſequenter deſcribit reſurrectionem.* Diuiſio *Et diuiditur in duas, quia primò deſcribitur manifeſtatio huius reſurrectionis facta mulieribus deuotis. Secundò, eiuſdem manifeſtatio facta apoſtolis, ibi:* Cum ergo ſerò eſſet. *Circa primùm ſciendũ, ꝙ mulieres gradatim peruenerunt ad cognoſcendum hanc reſurrectionem, & ideo primo euangeliſta oſtendit qualiter eã cognouerũt per ſepulchri euacuationem. Secundò per angelicã viſionem, ibi:* Abierunt diſcipu. *Tertiò per dominicam apparitionem, ibi:* Hæc cum dixiſſet. *Prima in tres, quia primo deſcribitur ſepulchri viſio. Secũdo, rei denunciatio, ibi:* Currit ergo. *Tertio renunciatæ inquiſitio, ibi:* Exiit ergo. *In prima ergo parte dicitur ſic.*

1 Vna au.ſab. *Id eſt, prima die poſt ſabbatum. Sic enim apud Iudæos nominantur dies hebdomadæ, quia ſabbatum ſic nominatur abſolutè propter reuerentiam illius diei, & ab illa denominantur alij dies, ita ꝙ ſequens immediatè dicitur prima ſabbathi, & alia ſecunda ſabbati, & ſic conſequenter & propter hoc Matthæus & Marcus vocant dominicã reſurrectionis primam diem ſabbati, Ioannes autẽ vnam ſabbati, quia hoc nomen vnum, frequenter accipitur pro primo, & ſic patet Gen.1.a.* Factum eſt veſpera & mane dies vnus. *Id eſt,* primus. *Vnde & conſequenter dicitur: Factum eſt veſpere & mane dies ſecundus, & poſteà tertius, & ſic conſequenter.*

2 Maria, &c. *Id eſt, antequam eſſet clara dies, dimiſit tamen diem ſabbati trãnſire, quia non erat licitum aliquid operari illa die. Sciendum etiam, quod cum ea fuerunt aliæ duæ mulieres, ſecundùm quod dicunt alij euangeliſtæ, ſed Ioannes iſtam ſolam exprimit, quia erat aliis feruentior & principalior.*

3 Et vidit lapidem. *Angelus enim domini eum amouerat, non ad hoc quod Chriſtus de ſepulchro ſurgeret, quia clauſo ſepulchro ſurrexit & exiit ſicut clauſo vtero virginis natus eſt, hoc tamen fuit aliter, quia in reſurrectione habuit corpus glorioſum, cui nõ reſiſtit aliquid, ſed exitus de vtero virginis fuit miraculoſus. Remouit igitur lapidem angelus ſolum ad manifeſtandum Chriſti reſurrectionem iam completam.*

4 Cucurrit ergo. *Hic deſcribitur rei viſæ denunciatio, cum dicitur:* Cucur.er.&c. *ſ. Ioannẽ. Iſte enim præ cæteris Chriſtum amabãt, & inuicẽ ſe tenebãt, ſicut familiares, alij autẽ ſicut diſperſi fugerãt, propter ꝙ in pluribus locis legũtur iſti duo apoſtoli ſimul cõbinati, vt & dictũ eſt ſuperius 18.c. in ſequẽdo Chriſtũ captũ, & Act.3.a.* Simul aſcẽdẽdo in tẽplũ. *& 8.c.* Simul miſſi ſunt ad Samaritanos, vt darẽt eis ſpiritum ſanctum.

MORALITER.

✠ 1 *Vna autem ſabba.* Per iſtam quæ præ omnibus fuit ſollicita videre Chriſti ſepulchrum quod patet ex hoc quod venit manè cum adhuc eſſent tenebræ, & quia recedentibus apoſtolis non recedebat, propter ꝙ ei dominus primò apparuit, ſignificatur quælibet perſona de cognitione veritatis diuinæ valdè ſollicita & per hoc meretur hãc aſſequi cognitionẽ Matt. 7.a. *Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.* Et talis debet veritatem agnitam aliis nunciare, ſicut Maria diſcipulis nunciauit, ne de abſcondito talento debeat meritò reprehẽdi.

✠ *Cum ſerò*

☞ profundo veſpere factum eſſe terræmotum: Ioannes autem ma-
A ne cum adhuc eſſent tenebræ Mariam veniſſe, & vidiſſe remotum lapidem, non eſt diuerſitas. Nam primùm quidem hoc dicimus, quod apud Matthæum quidem mulieres venerunt veſpere ſabbatorum, apud Ioannem autem non mulieres nunc memorantur. Superfluum enim fuiſſet cum Matthæus hoc prius dixiſſet, & Ioannes eadem diceret. Sed Maria Magdalena venit manè, multi enim fuerunt aduentus ad ſepulchrũ venit enim interdũ cum aliis mulieribus interdum autem ſola. Vnde Euangeliſtæ varias viſiones poſuerunt, aliiſque aliam dicẽtes videntur diſſonare. Nam primum quidem di-
B cimus quod alium viſitationem Matthæus dicat mulierem, & alium Ioannes Mariæ Magdalenæ. Deinde profundo veſpere, & manè cum adhuc eſſent tenebræ, id quod alius dicit profundo diluculo in idem tẽdunt quia omnia illa tempora fuerunt medium noctis.

†prior

& venit ad Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum, quem

a ¶ In Græcis codicibus additur meum, propenſiore charitatis & famulatus affectu.

diligebat Ieſus, & dicit illis: Tulerunt dominum de monu- 1
mento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & 2

a ¶ Quomodo autem venerunt, regreſſus narrat: Curre autem duo. b ¶ Per decurſum huius mundi Iudæi per legis literam, Gentiles per legem naturæ.

a ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum: Currebãt 3
b autẽ duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucurrit citius Pe- 4
tro, & venit † primus ad monumentum. Et cùm ſe inclinaſſet, 5
vidit poſita lintheamina, non tamen introiuit. Venit ergo Si- 6
mon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vi 7 8

¶ Sacræ ſcripturæ ſacramenta.

dit lintheamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput 9
c eius, non cum lintheaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuo- 10
d lutũ in vnum locum. Tũc ergo introiuit & ille diſcipulus qui 11

a ¶ Vacuum ſepulchrum. b ¶ Non quidem reſurrexiſſe, ſed ſublatum eſſe.

e venerat primus ad monumentũ, & vidit, & credidit. Nondum 12

¶ Cur nondum?

enim ſciebant ſcripturam, quia oportuit eum à mortuis re- 13 14

a ¶ Cum crederent ablatum. b ¶ Vbi habitabant. c ¶ Quam fortior fixerat affectus.

ſurgere. Abierũt ergo iterũ diſcipuli ad ſemetipſos. Maria 15 16

¶ Cum aliis duabus.

f autẽ ſtabat ad monumentũ foris plorãs. Dũ ergo fleret, incli- 17 18
g h nauit ſe & proſpexit in monumentũ. Et vidit duos angelos 19 20

a *Curre autem.* Ioannes ſignificat ſynagogam, quæ prior venit ad monumentum, ſed nõ intrauit, quia prophetias de incarnatione & paſſione audiuit, ſed & mortuum credere noluit. Petrus eccleſia, quæ cognouit carne mortuum, viuentem credidit Deum, poſt quem & in Iudæa in fine intrabit.

b *Et ille alius diſcipulus.* ✠ THEOPH. Tu diſce hic Petrum feruidum & practicum Ioannem autem contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sæpe igitur contemplatiuus cognatione & ingenio præuenit, practicus autem detrimentum habet attamen feruore ac ſtudio illius vincit alacritatem & videt prior diuinum quoddam myſterium practicus. An non tale quiddam cõtigit in diſciplinis? Etenim cum duo pueri ſunt vnus ingenio acutior, alter tardior, præoccupat hic ſuo ſtudio velocitatem naturæ alterius. Etenim in ſpiritualibus ſæpe practicus & ſermone idiota ſenſit quoddam ſublimius, percipit contemplatiuo.

C ✠ AVGVST. Ad vnum ſi adiicias duo fiunt vtique tres, his ſi adiicias tres & quatuor fiunt omnes decem, deinde ſi adiicias omnes numeros qui ſequũtur vſque ad decem & ſeptẽ, ad ſuprà dictũ numerũ ſumma perducitur, id eſt, ſi ad decem, quæ ab vno vſque ad quatuor peruenerat addas quinque fiũt quindecim, his addas ſex, & fiũt viginti vnum, his addas ſeptem, & fiunt viginti octo, his

Tract. 122. in Ioannem

o cto, his addas octo & nouem & decem, & fiunt quinquaginta quinque, his addas vndecim, & duodecim, & tredecim, & quindecim & ſedecim, & fiũt nonaginta vnum, his rurſum quatuordecim & quindecim, & ſedecim, & fiunt cẽtum trigintaſex, huic numero adde illũ qui reſtat de qua agitur, i. decem & ſeptẽ & piſciũ numerus ille complebitur. Nõ ergo tantummodo centum quinquaginta tres ſancti ad vitã reſurrecturi ſignificãtur æternã, ſed milia ſanctorum ad gratiam ſpiritus pertinentium, qua gratia cũ lege Dei tanquã cum aduerſario concordatur vt viuificãte ſpiritu litera non occidat, ſed quod litera iubetur, ſpiritu adiuuãte impleatur ſi quid minus ſit remittatur. Omnes ergo ad iſtã gratiã pertinentes, hoc numero figurãtur hoc eſt figuratè ſignificãtur. Qui numerus ter habet quinquagenariũ numerum, & inſuper ipſa tria propter myſterium trinitatis. D E

c *Sepa.* Quia ſacramenta diuinitatis incõprehenſibilia à noſtræ infirmitatis cognitione remota ſunt. In inuoluto, nec finis nec initium aſpicitur. Sic celſitudo diuinitatis nec cœpit eſſe, nec deſinit.

d *In vnum lo.* Quia in ſciſſura mentium Deus non eſt, ſed in vnitate. Vel ſudarium capitis paſſio Chriſti, cuius ſacramenta infidelibus ſunt occultat ſeorſum, quia longè à noſtra, quia ille ſponte & ſine culpa paſſus, nos inuiti cum culpa.

e *Nondum e.* Scilicet, vſq; adeò, vt cũ ab ipſo domino apertè diceretur propter conſuetudinem ab eo audiendi parabolas, non intelligerent.

f *Plorãs.* Iam plus de ſublato quam de occiſo plorat, quia tanti magiſtri cuius vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat & iſte dolor ibi eam tenebat.

g *Dum ergo, &c.* Cum eum ſciret ibi non eſſe, ſed quia nimis dolet, nec ſuis oculis, nec oculis illorum duorum credentium putauit. Vel potius diuino inſtinctu hoc factum eſt.

h *Vidit duos.* Angeli, id eſt, nuncij ſignificant euangelium Chriſti à capite vſq; ad pedes, id eſt, ab initio vſque ad finẽ eſſe nunciandũ. Et ille ex paſſione ſua erat nũciandus, quia Deus eſt ante ſecula, & homo in fine ſeculi. Sedet ergo angelus ad caput, cũ dicit: *In prin. e. ver.* Ad pedes, cũ dicit: *Ver. caro fa. eſt.* Vel duo angeli duo teſtamenta, vnum priùs, aliud ſequens. Coniuncta dum pari ſenſu incarnatum, mortuum, reſuſcitatum nunciant. F

Suprà l. a. Ibidem b.

☞ *Quid plo.*

## NICOLAVS DE LYRA.

tũ ſanctũ. 1 Et di. *Timebãt enim ne Iudæi corpus Chriſti aſportaſſẽt vt ei ignominiã facerẽt.* 2 Exiit. *Hic ponitur rei nũciatæ inquiſitio, cũ dicitur:* Exiit. *vt viderẽt factũ. Modus autẽ veniẽdi oſtẽditur, cũ dicitur.* 3 Curre. *Ex deſiderio vidẽdi.* 4 Et ille. *Quia erat iunior & agilior.* 5 Et cũ. *Ad vidẽdũ ſupple per oſtiũ illius ædificij, intra quod corpus Chriſti erat ſepultũ, quia ſepulchrũ erat factũ ad modũ cuiuſdã domũculæ lapideæ, intra quã erat ſepulchrũ Chriſti poſitũ, & ideo erat ibi quoddã oſtiolũ, per quod erat ingreſſus ad illũ locũ. Sic enim fiebãt ſepulchra Iudæorũ antiquitus, & maximè magnarũ perſonarũ, vt eorũ filij poſſẽt ibi ſepeliri propter hoc dicitur frequẽter 3. & 4. Re. de regibus Iuda:* Sepultus eſt in ſepulchro Dauid, &c. 6 Vidit. *i. bene diſpoſita & plicata, ad oſtẽdẽdũ quod corpus nõ fuerat ſublatũ, quia ſimul fuiſſẽt lintheamina aſportata, & maximè quia erãt fortiter adhærẽtia corpori propter vnctionẽ, & ideò per hoc apparebat, quod ſic verè ſurrexerat.* 7 Nõ ta. *Propter Petri reuerẽtiã, quẽ expectauit, quia erat ſenior ipſo, & inter apoſtolos principalior.* 8 Venit er. *Patet litera vſq; ibi.* 9 Et ſuda. *ſ. cõfuſè & indiſtinctè.* 01 Sed ſepa. *i. beneplacitũ.* 11 In v. l. *Hoc factũ eſt ad oſtẽdẽdũ reſurrectionẽ factã, ſequitur.* 12 Et vi. *Hoc exponitu dupliciter. Vno modo ſic:* Vidit. *ſ. ea quæ dicta ſunt à Maria.* Et cre. *eſſe verũ. ſ. quod corpus Chriſti eſſet ſublatũ de monumẽto, & nõ cogitauerũt de Chriſti reſurrectione, & ideò ſubditur.* Nondũ e. *Alio modo exponitur ſic:* Vidit. *ſ. lintheamina & ſudariũ ſic diſpoſita & plicata, vt dictũ eſt.* Et cre. *reſurrectionẽ Chriſti iã factã, & ſubditur cauſa quare ante nõ credebat, cũ dicitur.* 13 Nõdũ *Et ideò nõ ex ſcriptura, ſed ex ſignis viſis credebãt reſurrectionẽ Chriſti iã factã.* 14 Abie. *Hic oſtẽdit qualiter Maria peruenit ad angelicã viſionẽ, cũ dicitur:* Abie. *ſ. Petrus & Ioãnes nõ audẽtes diu manere iuxta ſepulchrũ propter metũ Iudæorũ.* 15 Ad ſe. *i. ad locũ vbi priùs latitabãt, & vnde ad ſepulchrũ venerãt.* 16 Ma. *Ex feruore & cõſtãtia, & quia nõ imminebat ſibi tãtũ periculũ, ſicut apoſtolis.* 17 Ad mo. *Licet enim intraſſet clauſurã horti, in quo erat domũcula ſepulchri exciſa in rupe, tamẽ illã domũculã non intrauit, verũtamẽ quia illa horti clauſura tota aliquãdo ſepulchrũ nominatur, inde eſt quod Maria aliquando dicitur intraſſe monumentum, vt habetur Mar. vl. a. & Luc. a. ſimiliter dicitur aliquando foras ſtetiſſe, vt hic.* 18 Dũ er. *Propter abſentiã corporis Chriſti.* 19 Incli. *Quia ſecũdũ Gre. vis amoris intẽtionẽ multiplicat inquiſitionis, & ideò non ſufficiebat ſibi ſemel reſpexiſſe, præterea licet vidiſſet abeſſe corpus Chriſti, tamen volebat adhuc videre, ſi aliquod eius veſtigium poſſet percipere.* 20 Et vi. du. ang. *Ex feruore enim deuotionis illã viſionẽ meruerat.*

✠ In albis

a *Quid ploras?* Quaſi dicat. *Noli peccare.* Prohibent lachrymas
A quodammodo nunciantes gaudium. At illa putans eos interrogare neſcientes, prodit cauſam lachrymarum: *Quia tule. do. meũ.* Id eſt, corpus Domini mei.

Moral. li. 3. cap. 10. ✠ GREGORIVS. Solùm corpus Domini quæſitura venerat vt totum ſimul Dominum ſublatũ deplorat, totũ enim pro parte loquitur, ſicut Iacob familiã deſcribens dicit: *Intrauit Iacob in Aegyptum cũ animabus ſeptuaginta.* (Gene. 46.) Quæ nimirum cũ animas memorat, conſtat quia intrantium & corpora comprehendit.

in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi po- 1
a ſitum erat corpus Ieſu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Di- 2
a ¶ Hæc eſt maior cauſa doloris. 3
cit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio vbi [a]poſue- 4
b runt eum. Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit 5
¶ Redarguens eam.
c Ieſum ſtantem, & non ſciebat quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus: 6
a ¶ Quæ non credit adhuc eſt mulier, adhuc corporei ſexus appellatione ſignatur. b ¶ Quaſi 7
non lachrymas nudas, ſed fidem exigo, bonæ lachrymæ ſi Ieſum agnoſcas. c ¶ Interrogatur cauſa doloris vt augeatur deſiderium. d ¶ Non penitus falſo, quia in eius mente ſeminabat.
d [a]Mulier, quid [b]ploras? Q[c]uem quæris? Illa ex[d]iſtimans quia hor- 8
e tulanus eſſet, dicit ei: Domine, ſi tu † ſuſtuliſti eum dicito mi- 9
10
f g hi, vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus: Maria. 11
a ¶ Prius corpore conuerſa putauit quod non erat, nunc conuerſa corde quod erat agnouit. 12
[a]Conuerſa illa dicit ei. Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit 13
h ei Ieſus. Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem 14
15
meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad 16
a ¶ Naturæ. b ¶ Non ait communiter noſtrum, ſed meum & veſtrum, quia differunt. 17
c ¶ Gratia. d ¶ Quia ego homo. 18
[a]patrem me[b]um & patrem [c]veſtrum: De[d]um meum & Deum 19
20

B b *Hæc cum dixiſſet conuerſa eſt retrorſum.* ✠ THEOPHYLA. Quare conuerſa eſt retrorſum. Maria cũ loqueretur cum Angelis? Quid accidit ei quod conuerſa eſt retrorſum? Videtur igitur quod cum illa colloqueretur cũ angelis Ieſus ſtetiſſe poſt eam, & illos territos quia ſpectauerant Dominum, & habita & forma & aſpectu ſtatim dixiſſe quod viderint Dominum, cúmque hoc audiuiſſet, mulierem conuerſam eſſe retrorſum. Nã angelis quidem in habitu quo terrebat, apparuit: Mariæ autem non item, ſed in ſimplici & communi ideo vt illũ putauit eſſe hortulanum, horti videlicet illius in quo ſepulchrum erat.

C c *Et non ſciebat quia Ieſus, &c.* Quia tergum ad eum habebat, quem non reſurrexiſſe credebat, quia amabat, & dubitabat, videbat, & non cognoſcebat.

d *Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei.* Non D quod dubitet quem requireret, ſed quia illa quem quærit ignoret, non enim quærit Chriſtum, ſed quem putat raptum.

e *Domine.* Quem putat hortulanum dicit Dominum, vt honorificaret hominem à quo rogabat beneficium. Nec ſic dicit eũ Dominum, ſicut illum quem quærit ſublatum. Ieſum verò agnoſcẽs vocat magiſtrum, quia recolit eum à quo diſcernere humana & diuina diſcebat.

f *Si tu ſuſtuliſti eũ.* Non dicit quẽ, quia hoc in animo agit vis amoris, vt quem ſemper cogitat nul- E lum alium ignorare credat.

† aſportaſti

g *Maria, Conuerſa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus.* Poſtquã cõmuni nomine vocauit, & nõ eſt agnitus, vocat ex nomine ac ſi dicat recognoſce eum à quo recognoſceris.

h *Noli me tangere.* Hic innuit, quod pedes eius amplecti voluit. Meritò non tangit, quæ non videt, nam qui videt, tangit. *Dicit ei Ieſus. Noli me tangere* Fidem docens, & in corde eius, vt hortulanus ſeminat dicit: *Noli me tangere.* Non quod nollet tangi niſi cum aſcendiſſet, cũ & mulieres & alij in terra eum tetigiſſe legantur, & non ſedentẽ in cœlo. Vult ergo ſic ſe ſpecialiter tangi, id eſt, ſic ſe credi, vt ſit F æqualis patri. Et quia iſta adhuc carnaliter in eum credebat, quẽ ſicut hominem flebat, audit: *Noli me tangere.* Id eſt, ſi credere, quia in corde tuo nondum credis me æqualem, aſcendi ad patrem. Id eſt

## NICOLAVS DE LYRA.

1 In albis ſedentes. *Ad deſignandum dominicæ reſurrectionis gaudium. Apparitiones enim angelicæ fiunt ad inſtructionem hominum, & ſolent apparere per illum modum qui competit rei de qua debent inſtruere. Candor autem veſtis ſplendorem denunciat ſolennitatis, & ideo in albis veſtibus apparuerunt, ad denotandum gaudium dominicæ reſurrectionis.*

Angelica apparitio ad quid fiat

2 Vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi poſitum erat corp. *Tum propter reuerentiam loci conſecrati ex tactu corporis Dominici. Tum ad ſolennius denunciandum reſurrectionem Chriſti, quia ſolennius denuntiatur per duos, quam per vnum.*

3 Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? *Quaſi dicat, non habes cauſam flendi, ſed magis gaudendi ex reſurrectione Chriſti.*

4 Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & neſcio, &c. *Exponatur ſicut ſuprà.*

5 Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem. *Hic oſtenditur Dominica apparitio facta Mariæ cum dicitur.* Hæc cum di. conuer. eſt retror. & vi. Ieſum ſtantem. *Sed ſolet hic quæri, quare conuertit ſe retrorſum, quia Angelos ſibi loquentes cognouit eſſe bonos, vel ſaltem æſtimauit valentes viros, & ideò videtur, quòd magis deberet vertere faciem ad ipſos. Dicendum quod illi angeli ſedebant ſupra ſepulchrum Chriſti, vt dictum eſt, & vidit illos aſſurgentes propter reuerentiam Chriſti apparentis extra ſepulchrum, & ideo illa conuertit ſe retrorſum ſe ad videndum cui tantam reuerentiam faciebant..*

6 Et non ſciebat quia Ieſus eſt. *Ipſa enim nondum habebat fidem reſurrectionis Chriſti, vt patet ex prædictis, & ideo talis apparuit in corpore, qualis erat apud eam in mente. In poteſtate enim hominis habentis corpus glorioſum eſt ſic apparere, quod cognoſcatur vel non cognoſcatur, quia illud corpus eſt omnino ſubiectum animæ, & eodem modo facta eſt apparitio duobus diſcipulis euntibus in Emaus vt habetur Lucæ vltimo b.*

7 Dicit ei Ieſus: Mulier quid ploras? *Non petit quaſi ignorans, ſed vt ex eius reſponſione conuenientius eam inſtruat.*

8 Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet. *Sciebat enim, quod milites de ſepulchro fugerant, & ideo neminem credebat adueniſſe niſi illũ cui incumbebat illa cura horti ſeruandi, in quo erat monumentum.*

9 Dicit ei: Domine ſi tu ſuſtuliſti eum. *Non dicit, ſi tu ſuſtuliſti Ieſum crucifixum, loquendo determinatè, ſed eum in generali, quia modus eſt feruenter amantium æſtimare quod omnes cogitent de eo quod habent cordi.*

10 Dicito mihi, vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. *Ex virtute enim amoris credebat ſe poſſe portare tantum corpus etiam mortuum, quia feruenter amanti nihil videtur difficilè.*

11 Dicit ei Ieſus: Maria. *Vocat eam proprio nomine, vt eam magis intentam faciat, & talem ſe ei exhibet, vt cognoſcatur.*

12 Conuerſa illa. *Scilicet oculis mentis, ſicut & oculis corporis.*

13 Dicit ei Rabboni. *Sic enim conſueuerat eum appellare ante paſſionem, quia doctores apud Iudæos vocantur magiſtri.*

14 Dicit ei Ieſus: Noli me tangere. *Illa enim ex deuotione voluit ſtatim oſculari pedes eius, ſed prohibita eſt, ſecundùm Auguſt. quia erat indigna propter fidei defectum, ideo ſubditur.*

15 Nondum enim aſcendi ad patrem meum. *Id eſt, in corde tuo non credis me perueniſſe ad æqualitatem patris. Aliter exponitur ſecũdum Chryſoſt. & melius, vt videtur. Ad cuius intellectum ſciendum, ꝙ apparuit Mariæ in conſimili corpore ſecundum apparentiã, quale habebat ante paſſionem, & non in illa claritate, quæ eſt proprietas corporis glorioſi, & ideo Maria credebat ipſum reſurrexiſſe ad vitam communẽ cum diſcipulis ducendam ſicut ante, & ideo volebat eum familiariter tangere ſicut prius. Hanc autem opinionem Dominus voluit ab ea remouere dicens.* Noli me tangere. *Quaſi dicat, non credas me inter vos habitaturum ſicut prius, & hoc eſt quod ſubditur:* Nondum enim aſcendi ad patrem meum. *Eſt aſſignatio cauſæ, quare apparebat in ſimili corpore ſicut & ante paſſionem, & non in claritate corporis glorioſi: quod fuit ad probandum veritatem dominicæ reſurrectionis, inquantum ſic apparuit diſcipulis per dies 40. inſtruens eos de regno Dei ante ſuam aſcenſionem, propter quod ſequitur.*

16 Vade autem ad fra. *Id eſt, ad apoſtolos, quos vocat fratres propter ſimilitudinem naturæ humanæ, & ſpecialitatem amicitiæ ad ipſos.*

17 Et dic eis: Aſcendo. *Id eſt, aſcendam.*

18 Ad patrem meum. *Per naturam.*

19 Et patrem veſtrum. *Per adoptionis gratiam.*

20 Deum meum. *Inquantum ſum homo. Sic enim loquebatur in propoſito, vt patet ex hoc, quòd immediatè vocauerat apoſtolos fratres propter ſimilitudinem naturæ, & eodem modo loquitur, cum dicit:* Aſcendo ad patrem meum. *Quia aſcendere non competit ei ſecundũ*

☞ trem, id eſt nondum credis me æqualem patri, tunc tanges cū
A non imparem credes. In hac figuratur eccleſia de gentibus, quæ in Chriſtum non credit, niſi cum ad patrem aſcendit.

MYSTY. *Noli me tãgere.* Noli manũ maioribus adhibere, ſed vade ad perfectiores, qui facilè reſurrectionẽ credãt. Mulieribus enim in eccleſia docere nõ permittitur.

Moral. lib. 26. c. 11.

✠ GREGORI. Vincẽs Dominus in throno cum patre ſediſſe ſe aſſerit, quia poſt paſſionis certamina poſt reſurrectionis palmam, clarius ſe omnibꝰ quod poteſtati patris eſſet æqualis indicauit, eíque non diſparẽ calcato mortis aculeo innotuit. Vnde & Mariæ necdum credenti ſe patri ſimilẽ
B dicit, *Noli me tangere, &c.* Nobis enim in throno filij ſedere, eſt ex eiuſdẽ filij poteſtate iudicare. Qui enim iudicij principatũ ex eius virtute percipimus, velut in throno eius reſidemus.

† 1 q. 1. remiſſionem.

minus apparet, quia eius gloriam tanto clarius aſpiciunt, quanto per mundi contemptum paſſionis eius myſterium ſtrictius ſequuntur. Hi etiã repleti ſpiritusancto quaſi in domo poſſunt, quia illi percipiunt abundanter gratiarum eius dona, qui ad ea percipienda ſeſe viſibilia contemnendo parauerunt. D

✠ CHRYSOST. Octauo poſt reſurrectionem die cũ diſcipulis reliquis poſito, venit Ieſus ianuis clauſis. Sic oportuit venire, vbi cor incredulitate clauſum erat fidei luce reſerãdum, non immeritò etiam octauus dies pari aut pene pari deuotione celebratur quã ille celebratꝰ eſt, à quo octauus iſte numeratus eſt, in illo enim reſurrectio a- E cta, in hoc cõfirmata eſt, nec minus dura & tenebroſa hic incredulitatis ianua quã illic inferni porta perrumpitur. Eſt quoque ꝙ nos cum Thoma dubitemus, niſi facta reſpiciamus authoris. Sed ſi Deum eſſe de quo loquimur cogitemus, cui nihil nimium, cui humanum quoque pectus peruium cõfitemur, cuius hoc idem corpus clauſis oſtiis in ipſa ſalutatione pax vobis conſpicuum ſpectabatur.

Homil. 7. de Reſurrect.

a ¶ Quia vos ab errore liberauit. ¶ Sub quo & homo ſum.

a veſtrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians diſcipulis, 1

¶ Hoc in ipſo die reſurrectionis.

b quia vidit Dominum, & dixit mihi hæc. Cùm ergo eſſet ſe- 2

a ¶ Moli corporis vbi erat diuinitas, oſtia clauſa non obſtiterunt, ſicut & natus fuerat de virgine.

ro die illo, vna ſabbathorũ, & fores eſſent clauſę, vbi erãt di- 3

a ¶ Die dominica eiuſdem reſurrectionis. 4

ſcipuli cõgregati propter metũ Iudæorũ, venit Ieſus, & ſtetit 5 †

c in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cũ hoc dixiſſet, oſtẽdit eis 6

a ¶ Vbi ad dubitandum corda ſananda vulnerum ſunt ſeruata veſtigia.

d manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Dño. Dixit er- 7 †

a ¶ Iteratio, confirmatio eſt, dat eis pacem ſuper pacem, ſicut promiſit per prophetam. †

b ¶ Aequalis eſt pater filio, ſed hæc verba mediatoris ſunt. Ille miſit me, ego vos ¶ Id eſt ad paſſiones, etſi amet, quaſi ea charitate vos mitto ad mala, qua pater me miſit. 8

go eis iterũ: Pax vobis. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. 9

a ¶ Inſufflatio ſignificauit ſpiritumſanctum, non patris eſſe ſolius ſpiritum, ſed ſuum. 10

e Hęc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: Accipite ſpiritũ ſan- 11

a ¶ Id eſt quos dignos remiſſione iudicaueritis, duabus, ſcilicet clauibus, videlicet poteſtatis & diſcretionis. 12

f ctũ. †Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ 13 14

a *Venit Maria Magdalena annuncians diſcipulis, quia vidit Do. &c.* Ibi culpa abſciditur, vnde proceſſit. Mulier mortem viro propinauit, modo mulier vitam nunciat viris, & quæ tunc verba ſerpentis, modo narrat verba viuificatoris, acſi ipſis rebus dicat Deus, de qua manu illatus eſt potus mortis, de ipſa ſuſcipite potum vitæ.

b *Cùm ergo, &c.* Hoc ipſo in die reſurrectionis factum eſt, in quo quinquies Ieſus apparuit. Primò Mariæ Magdalenæ, ſecundò eidem cum aliis currenti nunciare diſcipulis volẽtibus, Tertiò Petro, quartò Cleophæ & ſocio eius, quintò diſcipulis ianuis clauſis prædictis duobus iam reuerſis.

Chriſtus quinquies in die Paſcæ apparuit.

✠ GREGORIVS. Clauſas quidem ianuas habent qui cõtra humani lapſus negligentiam officia corporis ſub forti cuſtodia ſtricta retinent: Intus etiam ſunt, qui in interna dilectione ſupernæ vitæ requieſcunt. Quibus profectò reſurgens Do-
C minus

Expoſ. in cap. 9. lib. 1. Regum.

c *Oſtendit eis manus & latus.* Poſt reſurrectionem in corpore ſuo Dominus duo contraria oſtendit, & palpabile eiuſdem naturæ vt formet ad fidem, & incorruptibile alterius gloriæ vt inuitet ad præmium.

d *Dixit ergo eis iterum. Pax vobis, &c.* Pacem offert, qui propter pacem venit, iterat, vt monſtret per ſuum ſanguinem eſſe pacificata quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra.

e *Accipite ſpiritum ſanctũ.* AVGVSTINVS. In terra datur ſpiritus vt diligatur proximus, è cœlo datur ſpiritus, vt diligatur Deus.

f *Quorũ re. pe.* Ecce charitas, quæ per ſpiritũſanctũ infunditur. F
☞ cordibus

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *diuinam naturam, quæ eſt altiſſima. Per hoc igitur quod Chriſtus hic ſuam aſcenſionem denunciat Apoſtolis per Mariam, inſinuat quòd eis ante aſcenſionem illam apparebat ad eorum inſtinctionem, ſicut expreſſius dicunt alij euangeliſtæ.*

1 Venit Maria. *Patet litera ex dictis.*

2 Cum ergo ſe. eſſet. *Hic conſequenter oſtenditur manifeſtatio reſurrectionis Chriſti diſcipulis facta. Et primò omnibus communiter, ſecundò aliquibus ſpecialiter, ca. ſe. Prima in duas, quia primò manifeſtatur omnibus, excepto Thoma abſente. Secundò Thoma cum eis exiſtete, ibi:* Et poſt dies octo. *Prima in tres, quia primò deſcribitur Chriſti apparitio, ſecundò apparitionis denunciatio, ibi:* Thomas autem. *Tertiò diſcipuli audientis obſtinatio, ibi:* Ipſe autem dixit. *Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur apparitionis actus, ſecundò eius effectus, ibi:* Gauiſi ſunt. *In prima ergo parte dicitur ſic:* Cum ergo ſero eſſet. *In die enim apoſtoli erant diſperſi propter metum Iudæorum, ſed in ſero conueniebant ad locum vnum, & ideo tali hora apparuit.*

3 Die illo. *Scilicet prima die reſurrectionis.*

4 Vna ſabbath. *Id eſt, prima die poſt ſabbathum, vt prædictum eſt.*

5 Et fores eſſent clauſæ. *Propter metum Iudæorum. Hoc etiam ex diuina ordinatione factum eſt, vt Ieſus intrans ad diſcipulos ianuis clauſis, oſtenderet ſe habere corpus glorioſum.*

6 Et dixit eis. Pax vobis. *Et hoc eſt contra duplicem eorum perturbationem. Erant enim conturbati de morte ipſius Chriſti, & de perſequutione Iudæorum eis imminente. Poterant enim eos per ſuam præſentiam cuſtodire, & de reſurrectione certificare. vnde ſubditur.*

7 Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis ma. & la. *Vt per cicatrices remanentes oſtenderet identitatem numeralem corporis prius paſſi. Iſta enim in corpore Chriſti remanſerunt, non ad defectum ſed magis ad gloriam, propter victoriam ex illis vulneribus conſequutam.*

8 Gauiſi ſunt. *Hic conſequenter ponitur huius apparitionis effectus, qui eſt duplex. Primus eſt diſcipulorum exultatio contra duplicem triſtitiam ipſorum amotam, ſcilicet de morte Chriſti, & Iudæorum metu inquantum ad hoc dicit:* Gauiſi ſunt ergo diſcipuli. *Secundus eſt eorum inſtructio, & quantum ad hoc ſubditur.*

9 Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. *Quia volebat eos inſtruere de pace futura, quæ erat perpetua.*

10 Sicut miſit me pater. *Ad veritatem fidei docendam in Iudæa.*

11 Et ego mitto vos. *Id eſt, mittam ad hanc veritatem publicandam per totum mundum. Et quia exequutio huius officij non poteſt cõuenienter fieri ſine gratia ſpiritusſancti, ideò ſequitur.*

12 Hæc cum dixiſ. inſuf. *Per illam inſufflationem oſtendere voluit ſpiritum ſanctum à ſe procedere, ſicut procedit à patre.*

13 Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. *Licet enim ſolus Deus principaliter peccata dimittat, tamen miniſtri eccleſiæ per virtutem clauium ad hoc miſterialiter operantur.*

14 Et quorum retinueritis. *Id eſt, retinenda iudicaueritis.*
✠ 1 Reten-

## MORALITER.

✠ 2 *Cum ergo ſero eſſet.* Sequitur.

† *Venit Ieſus & ſtetit in medio, & dixit eis.* Per Ieſum qui ſalus interpretatur, prælatus bonus zelum ſalutis animarum habens, ſignificatur, qui ſaluans clauſuram virtutum ad ſubditos ingreditur, & ſtat in medio virtutis ad dandum eis exemplum, & in medio debitæ affictionis ſine acceptione perſonarum, & ſic dicit eis bis. *Pax vobis.* Optando eis & procurando quantum poteſt pacem duplicem ſcilicet fraternam & ſupernam.

† *Oſtendit eis manus.* Id eſt opera virtuoſa.

† *Et latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli viſo Domino.* Id eſt, veræ charitatis ſigna.

9 *Et dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit, &c.* Illos ad ordines ſacros promouendo, qui ſunt idonei ad laborem ſalutis animarum, Ideò ſubditur.

13 *Quorum remiſeritis pec. &c. Tho. autem vnus.* Sequitur.
✠ *Ille autem*

A cordibus eorum. Qui participes ſui ſunt, peccata dimittit: eorum qui non ſunt, tenet. Et ideò poſtquàm dixt: Accipite ſpiritumſanctum, continuò ſubiecit: Quorum re. pec.

✠ THEOPHY. Vnde ſacerdotum dignitatem quod diuina ſit, Dei enim eſt remittere peccata ſic igitur illi honorandi ſunt vt Deus nam quamuis indigni ſunt quid hoc? Diuinorum donorum miniſtri ſunt & gratia operatur per eos ſicut & per aſinam Balaam locutus eſt, non enim dignitas noſtra gratiam prohibet, atque ita quia per ſacerdotes gratia ſuppeditatur honorandi ſunt

B a *Thomas autẽ vnus.* Non caſu, ſed diuina diſpoſitione defuit Thomas & audita non credidit, vnde palpandum ſe ei dominus præbuit quia eius dubitatione & facta ſibi probatione nulli relinquitur iam dubitare.

a retinueritis, rentēta erunt. Thomas autem vnus ex diſcipulis 1
b duodecim qui dicitur † Didymus, non erat cum eis quando 2
venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus dominũ. 3 4
Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius fixuram 5
clauorum, & mittam digitum meum in † locum clauorum, 6 7
& mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt 8
dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum 9
eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis: 10 11
Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & 12
vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus 13
c meum: & noli eſſe † incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Tho- 14 15
mas, & dixit: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei 16
¶ Hominem. ¶ Me eſſe Deum. 17
d Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: Beati qui non 18
e

† Gemellus  † Veſtigia  † Infidelis

C b *Qui dicitur Didymus.* Didymus, id eſt, geminus quia dubius Thomas, id eſt, abyſſus: quia dubitando profundius nouit. THEOPHY.

D ✠ THEOPHYLACTVS. Quid eſt quod dicitur Dydimus? Interpretatio eſt nominis Thomas. Meritò autem meminit interpretationis eius nominis, vt oſtendat nobis quod dubitator quidam ſit, & id vitij à principio habuerit, vt & nomen indicat. Dicentibus autem aliis diſcipulis de domino, non credit, non illos mẽdaces exiſtimãs, ſed reſurrectionem impoſſibilem putans, ideò & arguitur vt ſuprà modũ curioſus

E c *Reſpondit.* Videbat & tangebat hominem & ſuper hoc Deum credebat iã remota dubitatione & confitebatur quẽ non videbat.

d *Quia vidiſti me Thoma credidiſti.* Non ait tetigiſti, ſed vidiſti: quia viſus quodammodo generalis ſenſus eſt qui de aliis quatuor dicis ſolet. Forſitan non fuit auſus tangere: ſed aſpiciendo tantum, ſeu etiam tangendo credit.

F e *Beati.* Commendat fidem gentium, ſed præterito vtitur, vt qui quod erat futurum, in ſua prædeſtinatione nouerat iã factũ.

☞ Multa

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Retenta erunt. *Hoc tamen intelligendum eſt, quando iudicium eccleſiæ diuino iudicio conformatur.*

2 Thomas. *Hic ponitur apparitionis Chriſti denunciatio abſente diſcipulo cum dicitur:* Thomas autem vnus ex duodecim, qui dic. Dy. *Hoc erat cognomen eius, & ſonat idem quod Gemimus, quia fortè erat de tribu Beniamin, de cognatione gemini. Vel ſecundùm alios ſonat idem quod dubius: quia propter dubium de reſurrectione quod Thomas habuit, ideò ſic cognominatus fuit.*

3 Vnus de duode. *Non quod tunc eſſent duodecim cum Iudas eſſet mortuus, ſed quia erat vnus de duodecim electis in principio à Chriſto Vel quia connumerantur hic Matthias poſteà electus, in loco Iudæ, quia Ioannes hoc euangelium ſcripſit poſt eius electionem, vt patet ex prædictis in principio huius operis.* (Act. 1. d.)

4 Non erat cum eis. *Ipſe enim inter alios apoſtolos videtur fuiſſe magis timidus, vt ſuprà dictum eſt. 11. ca. & ideò tardius cæteris venit ad locum vbi congregabantur diſcipuli: & ideò propter tarditatem ſuã priuatus eſt illa viſione Chriſti. Hoc autem factum eſt diuina ordinatione vel permiſſione ſecundùm quod dicit Grego. vt ex ſua abſentia ſequeretur dubitatio, & vlterius in dubitatione obſtinatio, & per conſequens diligens inquiſitio ad noſtram confirmationem.*

5 Dixe. ergo ei alij diſci. *Quia boni rumores citò denunciantur.*

6 Vidimus dominum. *Sic enim ante paſſionem eum appellauerant vt dictũ eſt ſuprà ca. 13. b.* Vos vocatis me magiſter & dñe, &c.

7 Ille autem dixit eis, &c. *Ridiculoſe petit iſte Thomas quia, maius eſt videre reparationem totius corporis. Item fuit durus ad credendum, quia volebat certificari duplici ſenſu ſcilicet viſu & tactu, ideò ſequitur.*

8 Et mittam digitum meum, &c. *Iſti enim ſunt duo ſenſus qui minus poſſunt decipi, quia viſus inter alios plures differentias rerum demonſtrat, vt habetur. 1. Metaph. Tactus autem in homine eſt certiſſimus. Alij autem ſenſus bene inueniuntur viuaciores in aliis animalibus vt habetur. 3. de anima.*

9 Et poſt dies. *Hic ponitur ſecunda apparitio facta apoſtolis in præſentia Thomæ. Et diuiditur in duas, quia primò deſcribitur dicta apparitio ſecundò ponitur quædam breuis epilogatio, ibi:* Multa quidem. *In prima parte dicitur ſic:* Et poſt dies octo. *Facto enim interuallo Chriſtus apparebat diſcipulis, quia non conuerſabatur continue cum eis, vt oſtenderet ſe ſurrexiſſe ad vitam immortalem ab hominibus huius vitæ ſeparatam.* (Diuiſio.)

10 Ste. Ie. *Vt poſſet ab omnibus videri.*

11 Et dixit eis Pax. *Sicut prius exponatur.*

12 Deinde dicit Thomæ. *Quaſi reſpondens petitioni eius ſuprà poſitæ. In hoc etiam ſuam deitatem declarat, inquantum abſens corporaliter eius verba ſciebat.*

13 Et vide manus meas. *Videtur enim, quod deberet diceret, tange manus meas: Dicendum, quod viſus propter ſui certitudinem accipitur pro omni ſenſus immo etiam aliquando accipitur pro intellectu ſicut dicitur alicui: Vides tu hoc, id eſt, intelligis & Exo. 20. c.* Cunctus populus videbat voces. *Id eſt, audiebat, ita quod ibi accipitur viſus pro auditu. Et eodem modo hic accipitur pro tactu.*

*Vel aliter, quia ſicut dictum eſt Thomas volebat certificari duplici ſenſu ſcilicet viſu in aſpectu manuum, & tactu per lateris tactum, ideò ſequitur.*

14 Et affer. manum tuam. *Hoc dixit Ieſus, quia Thomas dixerat diſcipulis nunciantibus Chriſti reſurrectionem, ſe aliter non crediturum eam.*

15 Reſpondit Thomas. *Non ſolùm corde credendo, ſed etiam ore confitendo: quia vtrumque requiritur ad ſalutem, vt frequenter dictum eſt ſuprà.*

16 Dominus meus & Deus meus. *In hoc manifeſtè confitetur deitatem in Chriſto contra perfidiam Arriani. Suprà enim bene vocauerat ipſum Ieſum dominum, ſed non vocabat eum Deum expreſſe, licet dixerit aliqua verba, per quæ eius deitas poteſt intelligi, vt patuit ex ſupradictis: Sed Thomas fhic actus perfectior in cognitione poſt Chriſti reſurrectionem manifeſtatam, confeſſus eſt ipſum Deum eſſe.*

17 Dicit ei. *Contrarium videtur per hoc quod dicitur ad Heb. 11. a. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum, argumentum non aparentium & ſic patet quod fides ſaltem quantum ad actum, non poteſt eſſe de viſis Vtrũ autem poſſit eſſe de eis quantum ad habitum, non eſt præſentis ſpeculationis. Dicendum, quod Thomas aliud vidit, & aliud credidit: quia humanitatẽ vidit, & deitatẽ quæ in præſenti videri non poteſt credidit.*

18 Bea. qui n. vi. & cr. *In hoc commendat aliorum promptitudinem ad crededum, & in hoc ſtat conſolatio noſtra, qui non vidimus, & tamen credimus per doctrinam Chriſti & apoſtolorum Chriſtum videntium ad nos deriuatam.*

*Sed huic dicto videtur contrarium quod dicitur Lu. 10. d. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dicendum quod duplex eſt beatitudo. Vna rei, quæ conſiſtit principaliter in aſpectu & fruitione deitatis, & ex conſequenti in viſione humanitatis Chriſti, vt dictum eſt ca. 10. & de hac beatitudine intelligitur verbum Lucæ. Alia eſt beatitudo ſpei, quæ habetur in præſenti & iſta conſiſtit in merito futuræ beatitudinis, & ideò beatiorem hoc modo qui plus meretur. Plus autem meretur qui credit non videns quam videns prædicto modo & ſic intelligitur verbũ Chriſti.* Qui non vi. *Hoc autem dictum licet ſit verum, tamen quantum ad primam partem non valet ad propoſitum, quia apoſtoli quibus Chriſtus* (Beatitudo duplex)

✠ loqubatur

## MORALITER.

✠ 7 *Ille autem dixit eis.* Per iſtum, quantum ad hoc ſignificantur illi qui bonitatẽ vel poteſtatem prælati ab aliis audita credere nolunt, niſi habeant propriam experientiam propter hoc reprehendendi ſunt nam in talibus credendũ eſt teſtimonio bonorum, propter quod ſubditur. *Beati qui non vi. &c.*

a *Multa.* Quaſi in fine libri concludit: Multa quidem & alia ſi A fe. qui præ ſua multitudine non ſunt ſcripta, hæc autem quæ fe- Infrà vlt.d. cit Ieſus & ante reſurrectionem & poſt, dicit ſe ſcripſiſſe, vt fidē aſtruat qua vita habeatur. Deinde tamē narrat quomodo ſe manifeſtauit Ieſus ad mare Tyberiadis. Et in captura piſcium cōmendauit eccleſiæ ſacramentum, qualis † Inf.21.g. futura eſt in vltima reſurrectione. Ad quod commendandum valet, ꝙ quaſi finis libri interpoſitus eſt, vt eſſet etiā ſe quuturæ narrationis quaſi præmiū, quod ei faceret quodāmodo eminentiorem locū. D

✠ Theophylactvs. De quibus ſignis hic dicit Euangeliſta? Nam de his quæ ante crucem? Non ſed de his quæ fecit poſt reſurrectionem, fecit coram diſcipulis ſuis. Quæ autem ante crucem non coram diſcipulis, ſed omnibus faciebat. Atque ita hæc de quibus nunc dicit Euangeliſta poſt reſurrectionem, ſunt facta, cum ſolis enim diſcipulis verſabatur, quadraginta diebus ſigna oſtendens reſurrectionis.

a viderunt, & crediderunt. † Multa quidem & alia ſigna fecit 1
Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcri-
pta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quia 2
Ieſus Chriſtus eſt filius Dei, & vt credentes vitam habeatis 3 4
in nomine eius. 5

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ *loquebatur Luc.10.non erant beati in re, propter quod dicendum, quòd illud Luc.10.intelligitur de viſione Chriſti in præſentia mortali, quæ fuit multum deſiderata à ſanctis patribus ve. Teſt. ſicut patet per literam ſequentem Luc.10.*

B 1 Multa quidem. *Hic ponitur epilogus reſpectu prædictorum: In quo oſtenditur inſufficientia huius ſcripturæ reſpectu excellentiæ Chriſti in opere & doctrina, quæ tanta eſt, quòd non poſſet literis comprehendi, & hoc eſt quod dicitur:* Multa quidem, &c. quæ non ſunt. *Hoc ſignanter dixit, ne aliquis fortè crederet ea non eſſe vera, quæ ſcripta ſunt ab aliis euangeliſtis, & à Ioanne dimiſſa. Oſtenditur etiam in hoc epilogo vtilitas huius doctrinæ, cùm ſubditur.*

2 Hæc autem ſcripta ſunt. *Fide formata charitate.*

3 Quia Ieſus eſt filius Dei. *Scilicet naturali in potentia ſibi æqualis, & per conſequens idem in deitate, quia natura diuina eſt indiuiſibilis. Sicut enim fuit dictum à principio principalis intentio Ioannis eſt, in hoc euangelio declarare diuinitatē Chriſti, & æternam eius generationem à patre.* E

4 Vt credentes hab. *Scilicet æternam, in qua clarè videbitur quod nunc creditur.*

5 In nomine eius. *Id eſt, per fidem nominis Chriſti, quia ſecundùm quod dicitur Act.4.c. Neque enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

## Capvt XXI.

a *Poſteà manifeſtauit.* Relictis omnibus ſequuti fuerunt Ieſum. Quod ſi poſt mortē Ieſu antequam redderetur eis viuus, repetiſſent priorem artem, poſſent videri ex deſperatione hoc feciſſe, ſed poſt redditum viuum, poſt acceptum eius inſufflationis ſpiritum, poſt verba eius. Sicut miſit me pater, & ego mitto vos, ſubitò fiunt quod fuerunt piſcatores nō hominum, ſed piſciū. Sed ſciendum eſt non prohibitos fuiſſe ſua arte † Gemellus licita victum quærere apoſtolatus inte- C gritate ſeruata, cùm vnde viuerent non † Luc.5.a. haberent, & ſic illis laborantibus adiecit Deus neceſſaria quæ promiſit, hic autem penuria eorum diſpoſita eſt, vt in piſcatione tanta exhiberentur ſacramenta.

Homil. 24. in Euange. ✠ Gregorivs. Notandum quod vltimum conuiuium Dominus cum ſeptem diſcipulis, habuiſſe deſcribitur Petrus nāque & Thomas, Nathanaël filij Zebedæi & alij ex diſcipulis duo in eo fuiſſe memorantur. Cur cum ſeptem diſcipulis vltimum conuiuium celebrat, niſi quod eos tantummodo qui ſeptiformi gratia ſancti ſpiritus pleni ſunt futuros ſecum in æterna reſurrectione denunciat? Septē quoque diebus omne hoc tēpus euoluitur, & ſæpè ſeptenario numero perfectio deſignatur. Illi ergo vltimo conuiuio de præſentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis ſtudio terrena tranſcendūt, F quos mundi huius amor non ligat, quibus etſi vtcúmque per tentamenta obſtrepit, cæpta tamen eorum deſideria non retundit.

✠ Avgvstinvs. Quæri ſolet de hac piſcatione cur redierint Petrus & filij Zebedæi ad id quod fuerunt priuſquàm vocarentur Tract. 122. in Ioan.

# CAPVT XXI.

a ¶ Idem eſt quod mare Galilææ & ſtagnum Geneſareth.

a Poſteà manifeſtauit Ieſus ſe iterum * ad mare 1 * diſcipulis
Tyberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant 2 3
autem ſimul Simon Petrus & Thomas, qui 4
dicitur † didymus, & Nathanael qui erat à

a ¶ Ioannes & Iacobus maior. ¶ Quorum nomina tacentur.

Chana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius 5
duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: veni- 6
mus & nos tecum. † Et exierunt & aſcenderunt * in nauem 7 * ſtatim

## NICOLAVS DE LYRA.

### Capvt XXI.

✠ Poſteà manifeſtauit. *Hic ponitur tertia Chriſti apparitio, qua manifeſtata eſt ſua reſurrectio aliquibus diſcipulis ſpecialiter. Et ſi ordinem iſtarum trium apparitionum conſideremus: In prima oſtendit Chriſtus ſuam deitatem ſpiritumſanctum inſufflando: In ſecunda verò humanæ naturæ identitatem, cicatrices oſtendendo: In iſta tertia oſtendit humanæ naturæ veritatem, cum apoſtolis comedendo. In hac autem apparitione deſcribenda ſic procedit Ioannes, quia primò oſtendit quid Ieſus exhibuit pluribus diſcipulis, ſecundò quid exhibuit duobus ſpecialiter prædilectis, ſcilicet Petro & Ioanni, ibi:* Cùm ergo prandiſſent. *Pri-* Diuiſio *ma in tres, quia primò deſcribitur Chriſti apparitio, ſecundò Chriſti apparentis cognitio, ibi:* Dixit ergo diſcipulus ille. *tertiò prædictorum epilogatio, ibi:* Hoc iam tertiò. *In prima parte dicitur ſic.*

1 Poſteà manifeſtauit. *Id eſt, facto interuallo temporis, quia non manebat continuè cum apoſtolis. Cuius cauſa dicta eſt cap. præcedenti.*

2 Ad mare Tyberiadis. *Ex quo patet, ꝙ illa apparitio fuit in Galilæa, vbi eſt illud mare, ſicut ſuprà dictum eſt cap.6. Præcedētes apparitiones fuerunt in Ieruſalem, ex quibus apoſtoli iam confortati abierunt in Galilæam, vbi promiſerat ſe eis manifeſtaturum, vt habetur Matth. vlt.*

3 Manifeſtauit autem ſic. *Id eſt, per modum qui ſequitur.*

4 Erant autem ſimul Simon Petrus. *Iſta duo nomina ſimul coniūgit, quia Simon fuit nomen eius primum. Petrus autem erat nomen ſibi de nouo à Chriſto impoſitum, vt ſuprà declaratum eſt cap.1. Sequitur.*

5 Et alij ex diſ. eius duo. *Iſtos non exprimit nominatim, quia erant minores. Quod autem tot nomina propria hic exprimit, hoc ad maiorem expreſſionem rei geſtæ.*

6 Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. *Erant enim pauperes, & ideò ad procurandum neceſſaria vitæ licitè poterant redire ad exercendum negocium, quod ſine peccato poterat exerceri. Matthæus autem non* Lucæ 5.f. *rediit ad tractandum negocium telonei, quia vix aut nunquam poteſt ſine peccato fieri, propter quod Paulus artem ſcenofactoriam didicit, vt cum neceſſitas occurreret, vel vtilitas eccleſiæ, de labore ſuo viueret, vt habetur in actibus apoſtolorum 18.a.*

7 Et eierunt & aſcenderunt in nauem. *Alienam, eis accommodatam vel locatam, ſeu alio modo licito adeptam, quia à principio ſuæ vocationis nauem & retia reliquerant.*

✠ Et illa nocte

## M O R A L I T E R.

✝ 6 *Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari.* Per artificium piſcandi ſignificatur officium prædicandi: Matthæi 3.d. Venite poſt me faciam vos fieri piſ. hominum. Item quoniam omne tempus ſeptem diebus reuoluitur, rectè vniuerſitas ſeptenario numero figuratur, vt dicit Gregorius Homil. 25. Igitur per ſeptem piſcatores, qui hic enumerantur, vniuerſitas prædicatorum eccleſiæ deſignatur.

✝ *Et illa nocte*

☞ vocarentur à domino. Erant enim piſcatores quando eis dixit
A *faciam vos piſcatores hominum.* Tunc enim quippe illi ſæculi ſunt, vt magiſterio eius relictis omnibus adhęrerent, &c. quid eſt ergo quod nunc Apoſtulatus relicto fiunt quod fuerunt, & quod dimiſerant repetunt, tanquam obliti quod audierant? Reſpondendum eſt, non eos fuiſſe prohibitos arte ſua licita ſcilicet atque cóceſſa victum neceſſariũ quærere, ſui Apoſtolatus integritate ſeruata, ſi quando vnde viuerent aliud non haberent. Niſi forte quiſpiam putare audebit aut dicere
B Apoſtolum Paulum non pertinuiſſe ad eorum perfectionẽ qui relictis omnibus Chriſtũ ſecuti ſunt, quoniam ne quemquam eorum grauaret, quibus Euangelium prædicabat ſuum victum ſuis manibus transfigebat, vbi magis impletũ eſt quod ait. *Plus omnibus laboraui.* Et adiunxit, *non autem ego, ſed gratia Dei mecum.* Vt hoc quoque apparent gratiæ Dei deputandum quod & animo & corpore poterat vſque à Deo illis omnibus laborare, vt neque ceſſaret ab Euangelico prædicando, neque tamen ex euãgelio ſicut illi ſuſtentaret hãc vitã.

a *Et illa nocte.* Nox ante aduentum Chriſti, in qua nullus ad perfectionem per legem venit. Mane aduentus ſtetit iam poſt
C reſurrectionem extra fluctus in ſolido, nec primò agnoſcitur. In hac narratione magnum eſt ſacramentum, & vt vehementius commendaretur vltimo loco eſt ſcriptum. Quod ſeptem fuerunt

a & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto, ſte- 1
tit Ieſus in littore, non tamen cognouerunt diſcipuli, quia 2 3
Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus: Pueri, † nunquid pulmenta- 4
¶ Et ideo licet nobis prouidere.
rium habetis? Reſponderunt ei: Non. * Dicit eis: Mittite in † 5
a ¶ Id eſt prædicationem ad colligendos ſolos dexteros. 6
dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam 7
non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit 8
ergo diſcipulus, ille quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus 9
¶ Fide eccleſiæ 10
eſt. Simon Petrus cum audiſſet quia dominus eſt, † tunica 11
a ¶ Ex dilectione in fluctus ſæculi.
ſuccinxit ſe, (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem 12
a ¶ Id eſt in eccleſia fluctus mundi calcantes. 13
diſcipuli nauigio venerunt. Nõ enim longè erãt à terra, ſed † 14
quaſi cubitis ducentis, trahentes rete piſciũ. Vt ergo deſcen- 15 16
a ¶ Quibus ſignificatur calor charitatis. b ¶ Fidem. c ¶ Prunas.
derunt in terram, † viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuper-

Lucæ 5.a.
† Nũ quod
* Ille autẽ
† De dexteras partes.
† Super indumento, pallio
† Circiter
† Vident

D fuerunt in piſcatione diſcipuli, ſignificat finem temporis, quod ſeptem diebus voluitur. Littus etiam quia eſt finis maris, ſignificat finem ſæculi in quo Petrus rectè extraxit in initio prædicationis Chriſti. Eſt alia piſcatio hic alia poſt reſurrectionẽ. Ibi & boni & mali capti ſunt, ſicut nunc habet eccleſia: hic tantum boni, qui erunt in æternum, impleta in fine reſurrectione mortuorum. Ibi Ieſus non ſtat in littore, ſicut hic, ſed aſcẽdit in nauem Simonis. Ibi piſces in nauiculis, hic rete in terra. Ibi ergo eccleſia in hoc ſęculo, hic in fine ſæculi. Ibi vocati, hic reſuſcitati.
E Ibi retia non ſolùm in dextera vel in ſiniſtra, ne ſoli boni vel ſoli mali, ſed indifferenter, vt permixti habeãtur boni & mali: hic in dextera vt ſoli boni. Ibi rumpitur rete per ſchiſmata, hic in ſumma pace ſanctorum non eſt ſciſſum. Ibi tanta multitudo quæ naues mergit, id eſt, in ſubmerſione premit, non enim ſunt merſę hic nõ valent trahere à multitudine piſcium, vt in nauẽ captos refunderent ſicut ibi: quia hic qui pertinent ad reſurrectionem vitæ, ſunt poſt finem huius vitæ in ſomno pacis, velut in profundo latentes: nec apparebunt, niſi cũ in littore, id eſt, in fine ſæculi reſurrexerint, quod ibi figuratur duabus nauiculis propter circuncisionẽ, &
F præputium hoc iſto loco ducentis cubitis propter electos vtriuſque generis, quaſi cẽtum & centum: quia hic numerus ad dexterã tranſit. Ibi non exprimitur numerus, quia multiplicati

☞ ſuper

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et illa nocte nihil pren. *Hoc factum eſt, vt captio ſequens manifeſtè miraculoſa appareret.*

2 Mane autem iam facto ſtetit Ieſus in littore. *Non apparuit ſuper aquam, ſed in terra ſolida ad oſtendendum quod amplius non erat cum eis in fluctibus vitæ corruptibilis, ſed magis tranſierat ad ſtatum vitæ immortalis.*

3 Non tamen cognouerunt. *Sicut enim ſuprà dictum eſt, corpus glorioſum eſt totaliter in poteſtate animæ: & ideò ſecundùm conceptũ animæ poteſt viſum diuerſimodo immutare, & per conſequens cognoſci vel non cognoſci.*

4 Di.er.&c. Nu.pul.ha. *Id eſt, aliquid quod poſſet decoqui & comedi.*

5 Reſponderunt ei: Non. *Credebant enim eum aliquem mercatorem, qui vellet piſces emere.*

6 Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij, &c. *Prædicit certitudinaliter effectum futurum, vt ad conſequentia habeant animam magis attentum.*

7 Miſe.er.& iam non va. *Ex quo patet, quod piſces illi fuerunt miraculoſe adducti, vel virtute diuina de nouo formati, quia tota nocte ibi quæſierunt & nihil inuenerunt.*

8 Dicit ergo. *Hic conſequenter ponitur Chriſti apparentis cognitio. Circa quod ſciendum, quod puritas mentis & corporis maximè diſponit hominem ad cognitionem diuinorum: & ideò Ioannes qui cæteris purior erat tanquam virgo citius aliis cognouit Chriſtum. Tum ex conſideratione miraculi facti. Tum quia Chriſtus primò ei oſtendit ſpeciem cognoſcibilem propter ſuam puritatem & hoc eſt quod dicitur:* Dicit ergo diſci.il.quem di.Ie. *Id eſt, Ioannes.*

9 Petro *Erat enim ſibi familiaris, vt dictum eſt ca. præcedenti & ideò primò aperuit ei conceptum animi.*

10 Dominus eſt. *Sic enim vocabant Chriſtum ante paſſionem, vt ſuprà dictum eſt.*

11 Simon Petrus cum audiſſet quia dominus eſt, tu.ſuc.ſe. *Vt cum maiori reuerentia accederet ad Chriſtum.*

12 Erat enim nu. *Id eſt, parum veſtitus, vt eſſet expeditior ad piſcationis opus.*

13 Et miſit ſe in mare. *Vt citius veniret ad Chriſtum ex deuotione. Hic dicit Beda, quod tunc non venit ad Chriſtum ſuprà aquas ambulando, ſicut fecerat prius, ſed magis peditando vel natando. Sed rationabilius videtur contrarium. Non enim videtur, quod natando venerit: quia tunc tunica ſuccinxit ſe, vt ad Chriſtum veniret, quod non feciſſet ſi natando venire vellet, nec etiam peditando per profundum aquæ, quia diſtabat à terra quaſi cubitis ducentis, vnde non videtur quod in tanto ſpacio aqua maris eſſet ita parua quod homo poſſet ibi peditare, & maximè, quia aqua illa erat tanta: quod in ea nauis poterat currere in qua erant ſeptem homines ad minus: quia tot ſunt hic numerati, & centum & 53. piſces magni, & retia & alia nauis inſtrumẽta, propter quod magis videtur, quod Petrus domini memor quem feruenter diligebat, & priſtinæ ambulationis ſuper aquas quando ad Chriſtum venerat quod ſimile hic fecerit.* Mar. 14.c.

14 Alij autem diſcipuli nauigio venerunt. *Quia non erant ita feruidi ſicut Petrus.*

15 Non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis tranhentes rete piſcium. *In hoc aſſignatur ratio, quare cito venerunt poſt Petrum. Secundùm expoſitionem Bedæ aſſignatur ratio, quare Petrus miſit ſe in mare, quia propter paruam diſtantiam ſine naui poterat venire. Alia tamen expoſitio probabilior eſt, vt patet ex prædictis.*

16 Vt ergo deſcenderunt in terram, vi.pru.po.& pi.ſuperpo. *Illis prunis.*

*Et panem*

## MORALITER.

1 *Et illa nocte nihil prendiderunt.* Ad ſignificandũ, quod prædicatores eccleſiæ ſine Chriſti virtute nihil proficere poſſunt ſuprà. 15.a. Sine me nihil poteſtis facere. Sed ipſo præſente & dicente.

6 *Mittite in dexteram nauigij rete & inuenietis.* Cœperunt piſcium multitudinem copioſam per quam ſignificatur multitudo credentium per prædicationem apoſtolorum, Chriſto tamen principaliter operante, ſicut dicitur Marci vltimo.d. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* Et ſimiliter multitudo pœnitentium per prædicatores alios ad bonum conuerſorum.

a ¶ Verbum Dei. ¶ Scilicet viderunt, non ſuper prunas.
poſitum, & panem. Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos 1
a ¶ Dum his qui in fluctibus ſæculi ſunt ſtabilitatem æternitatis oſtendit. 2
prendidiſtis nunc. Aſcendit Simon Petrus, & traxit re- 3
a ¶ Id eſt, littus, quod eſt finis mundi.
te in terram plenum magnis piſcibus centum quinqua-
¶ Numero & quantitate.
ginta tribus. Et cum † tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.
a ¶ Tanta erat euidentia veritatis, quod Ieſus erat, vt nullus eorum auderet non ſolùm negare, ſed nec dubitare, & ideò non interrogare.
a Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat † diſcum- 4
bentium interrogare: Tu quis es? ſcientes, quia dominus eſt. 5 6
† Et venit Ieſus, & accepit panem, & dabat eis, & piſcem ſi- 7
a ¶ Quantum ad dies, non ad apparitionem numerum. 8
b militer. † Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis 9
c ſuis, cum ſurrexiſſet à mortuis. Cùm ergo † prandidiſſent, 10 11
dixit Simoni Petro Ieſus: † Simon † Ioannis diligis me plus 12 13

[Margin: † tot. † diſcipulorum. † prandiſſent. † Iona.]

super numerum, hic eſt certus numerus 153. Decem legem A ſignificat, quæ occidit, ſeptem ſpiritum qui viuificat. Accedat ergo ſpiritus ad legem, vt impleatur, id eſt, ſeptenarius ad denarium, & fiunt decem & ſeptem, qui numerus ab vno ad ſeipſum cõputatis omnibus creſcens ad 153. peruenit, quo ſignãtur omnes ad gratiã ſpiritus pertinentes, quæ gratia cum lege Dei tanquam cũ aduerſario concordantur, vt viuificante ſpiritu litera non occidat, ſed compleatur, & ſi quid minus ſit, remittatur. Hic numerus habet 150. & inſuper tres, propter myſterium trinitatis. B Quinquaginta autem fiunt 7. multiplicatis per ſeptem, & ex adiectione vnius. Vno ſignificãtur eſſe vnum qui demonſtrantur per ſeptem propter operationẽ ſeptenariam, & eo die miſſus eſt apoſtolis ſpiritus. In prima captura quæ eſt præſentis eccleſiæ magni & parui, in illo regno nulli niſi magni.

[Margin: 2. Cor. 3. b. † Luc. 24. f. † Hac iam tertia vice Paſtorum triplex pabulum † 6. q. 1. initare 8. q. 1. in ſcripturis. Lucæ. 24. f. Sup. 6. e. † incorporatur ſup. 6. d.]

a *Venite.* Hic dicitur manducaſſe Ieſus cum piſce panem. In alio euãgelio cum piſce fauum mellis. Piſcis aſſus, Chriſtus paſſus. Piſcis, quia latuit in aquis humani generis, captus laqueo mortis. In fauo mellis notatur dulcedo diuinitatis, vel vtraque natura Chriſti, quia fauus eſt mel in cera, id eſt, diuinitas in humanitate. Idem ſignificat panis, vnde: *Ego ſum panis, qui de cœlo deſcendi.* Chriſtus ergo piſcis aſſus in paſſione: Fauus vel panis in reſurrectione. Comedit autem piſcem aſſum vel panem, vt ſuo cibo nobis oſtenderet, quia & paſſionem ex noſtra humilitate pertulit, & reſurrectionem noſtram ex ſua diuinitate procura- C uit. Hic vltimum conuiuium cum ſeptem diſcipulis habuit, innuens illos ſolos ſecum futuros in æterna reſurrectione qui ſeptiformi ſpiritu ſancto pleni in amorem eius anhelant. Prãdium fecit illis ſeptem de piſce, quem viderunt ſuper prunas, & de pane addens, & de piſcibus quos eo iubente attulerunt. Piſcis aſſus, Chriſtus eſt paſſus. Ipſe etiam panis qui de cœlo deſcendit. Huic † comparatur eccleſia ad participandam beatitudinem, quæ per piſces deſignatur. Eadem etiam per ſeptem diſcipulos D ſignatur, quæ cum eo in æternum epulatur.

THEOPHYLACTVS. Quomodo comederit Ieſus, non eſt noſtrum dicere, more enim admirabili facta ſunt hæc, non quod natura eius cibo habeat opus, ſed noſtri cauſa ad confirmationẽ reſurrectionis fiebant. Oſtendẽs quoque non illum continuò apud eos fuiſſe, neque ſimiliter vt prius dicit: *hoc iam tertio manifeſtatus eſt.* Intellige inſuper hæc & per allegoriã. Nox enim erat quãdo tenebræ idololatriæ inualuerunt ante ſolis Chriſti aduẽtum, quando prophetæ laborauerunt & E nihil cœperunt. Nã quamuis vnam gentem Iſraeliticam cõcluſiſſe in ſagenam videbantur, verũtamen quia & hæc ſubunde ad idololatriã redibat nihil fortè apprehenderunt. Vbi autem diluculum ſolis iuſtitiæ infulſit & Apoſtolicum rete eiectum eſt.

b *Hoc iam.* Non quòd ter tantùm manifeſtatus ſit, ſed ad dies refert, primò die quo reſurrexit, poſt octo dies, hoc die quando hoc fecit de piſcibus. Secundùm dies ergo manifeſtationes numerantur. Prima, quotieſcunque ſit facta, vno die reſurrectionis. Secunda, poſt octo dies, & hæc eſt tertia. In hac tertia manifeſtatione hoc euangelium terminatur.

c *Cùm ergo prandid.* Ieſus ſcit quod interrogat an plus diligat, Petrus quod de ſe nouit, dicit, id eſt, quòd amat. Et quia de aliis quantum diligant, neſcit, ideò vtrùm plus illis diligat, tacet. Ecce docet, non temerè diffinire de occultis, & priori periculo negationis cautius de ſe reſpondit.

F THEOPHYLACTVS. Quare Chriſtus qui ſcrutator eſt cordium, nihilque ignorat interrogat? non hoc facit vt diſcat ſicut nos, ſed vt doceat & manifeſtet aliorum fidem, ſicut & cum interrogaret: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis:* quod fidem confeſſionémque à nobis requirat iudicabat, ita hic daturus orbi magiſtros & doctores, quales illos eſſe velit terna interrogatione bene inculcat.

*Paſce agnos*

## NICOLAVS DE LYRA.

1 Et panem. *Nõ ſuper prunas poſitum, ſed ibi paratum pro refectione eorum. Iſta enim diuina virtute fuerũt de nouo formata, ad maiorem diſcipulorum confirmationem in fide reſurrectionis Chriſti.*

2 Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc, &c. *Familiariter eis loquitur tanquam diſcipulis, ad confirmandum veritatem ſuæ reſurrectionis,*

3 Aſcendit Simon Petrus, &c. pi. 153. *Numerum & magnitudinem exprimit, ad declarationem miraculi ex tanta captione, & iterum ex retis integritate, cùm ſubditur:* Et cum tanti eſſent.

4 Dicit eis Ieſus. Venite, prand. *Inuitat eos dulciter ad comedendum ſecum, quia cum eis tunc comedit ad declarationem ſuæ reſurrectionis, licet non exprimatur hic.*

5 Et nemo audebat. *Non propter formidinem, ſed propter cognitionis certitudinem quam habebant de ipſo, propter quod ſubditur.*

6 Scientes, quia dominus eſt. *Et ideò fruſtrà feciſſent de hoc quæſtionem.*

7 Et venit Ieſus, & accepit panem, & dabat eis. *Id eſt, eo modo diuidebat eis & diſtribuebat, ſicut ante paſſionem, ad declarandum ſuã reſurrectionem. Dicunt enim aliqui doctores & ſatis probabiliter, quòd ſic diuidebat cibaria ſola manu ſicut alius cum cultello, & in hoc cognouerunt eum cum aliis ſignis, ſicut & diſcipuli cognouerunt eum in fractione panis, Luc. vlt. e.*

8 Hoc iam tertiò. *Hic ponitur huius apparitionis epilogatio, cùm dicitur:* Hoc iam tertiò manifeſtatus eſt Ieſus, &c. *Videtur quòd deberet dici, quartò, quia iam alias tres apparitiones deſcripſerat, vt patet ex prædictis. Dicendum quòd litera ſequẽs hoc ſoluit, cùm dicitur.*

9 Diſcipulis ſuis. *Et ſic patet, quòd tantum enumerat hic apparitiones factas apoſtolis. Prima autem apparitio quam deſcripſit fuit ſoli Mariæ Magdalenæ, ideò non enumeratur hic.* Poteſt *etiam aliter dici, quòd ly tertiò, referatur ad diem apparitionis, duæ autem primæ factæ ſunt in vna die, alia facta eſt in die octaua, iſta autem facta eſt poſteà. Si autem conſiderentur iſtæ tres apparitiones apoſtolis factæ :* Prima *declarat Chriſti diuinitatem, dando ſpiritumſanctum. Secunda, reſurgentis identitatem, vulnerum cicatrices oſtendendo. Tertia, humanæ naturæ veritatem, comedendo.*

10 Cùm ergo prandidiſſent. *Hic conſequenter deſcribit euangeliſta quid Chriſtus exhibuit duobus diſcipulis prædilectis. Et primò quid exhibuit* Petro, *ſecundò quid exhibuit Ioanni, ibi;* Et cum hoc dixiſſ. *Prima in duas, quia primò committitur* Petro *ſuper eccleſiam vniuerſalem regiminis officium, ſecundò ei prædicitur ſuum martyrium, ibi:* Amen, amen dico tibi: *Circa primum ſciendum, quòd Chriſtus committendo* Petro *paſtorale officium ipſum ter examinauit de dilectione, quia paſtores eccleſiæ debent Deum præ cæteris hominibus diligere. Ter etiam committit ei officium paſcendi, quia paſtor eccleſiæ debet ſubditos paſcere triplici pabulo, ſcilicet veritatis verbo, vitæ exemplo, temporali ſubſidio, & hoc eſt quod dicitur:* Cùm ergo prandid. *refecti beneficio omnibus communiter exhibitio.* [Margin: Diuiſio]

11 Dixit Simon Petrus. *Volens ei beneficium ſpeciale conferre.*

12 Simon Ioanni diligis. *Id eſt, filius Ioannis.*

13 Diligis me plus his? *Quaſi expreſsè dicat, ille qui eligitur ad*

*officium*

## MORALITER.

2 *Afferte de piſcibus quos prandidiſtis nunc.* Per hoc ſignificatur, quòd prædicatores pro labore quem ſuſtinent in conuerſione peccatorum, reficientur in regno cœlorum.

12 *Simon Ioannis diligis me.* Ex hoc patet, quòd promouendi ad curam animarum ſunt examinandi de fide & dilectione Dei, & non de poteſtate temporali.

*Paſce*

a ¶ Oſtendit dominum ſcientem interrogaſse.
a his? Dicit ei: Etiam domine, tû ſcis, quia amo te. Dicit ei: Pa- 1
ſce annos meos. Dicit ei † iterum: Simon Ioannis, diligis me? †
At ille: Etiam domine, tu ſcis, quia amo te. Dicit ei iterum:
b † Paſce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simō Ioannis amas me?
c Cōtriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me, & dicit ei: 2
a ¶ Pro quibus pones animam, quod eſt confirmatio dilectionis. 3
d Dn̄e tu omnia noſti, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce [a]oues 4
meas. Amen, amen dico tibi: cùm eſſes iunior, cingebas te, & 5 6
e ambulabas † vbi volebas, cum autem ſenueris extendes ma- 7
f ¶ Vinculis. ¶ Ad mortem. 8
nus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autē 9
a ¶ Quia hac morte oſtendit quantum colendus & amandus ſit Deus. 10
g dixit, ſignificans qua [a]morte † clarificaturus eſſet Deū. Et cùm 11
12

† rurſum
† rege oues meas
† quo
† glorificaturus

A a *Paſce agnos meos.* Si me diligis. *Paſce agnos meos.* Non vt tuos, gloriam meam in eis quære, non tuam, mea lucra, non tua, quia dilectio Dei probatur in dilectione proximi. Qui verò opus pietatis negat proximis, minus Deum diligit. Hæc autem charitas ex diuina datur gratia. Quod tacitè innuit Ioannes dum interrogans de amore dicit hic quod non alibi: *Simon Ioannis*, id eſt, obediens Dei gratia, quia quòd ardentiùs cæteris diligit & obedit, non eſt niſi Dei gratia.

b *Dicit ei tertiò.* Interrogat quod ſciebat non ſemel, ſed B iterum & tertiò, & tertiò audit à Petro ſe diligi, & tertiò iubet paſcere oues. Trinæ negationi redditur trina cōfeſſio, ne minus amori lingua ſeruiat quàm timori. Et ſicut fuit indiciū timoris negare paſtorem, ſic officium amoris paſcere domini gregem.

Pœna temporalis datur homini propter tria

c *Contriſtatus eſt Petrus.* AVGVSTINVS. Etiam remiſſis peccatis tolerat homo miſeriam, in quam tamen ex peccato venit. Productior enim pœna eſt quàm culpa, nec parua videretur culpa, ſi cum illa auferretur pœna. Et ideò vel ad demonſtrationē debitæ miſeriæ, vel ad emendationem labili vitæ, vel ad exercitationem neceſſariæ patientiæ temporaliter tenet hominē pœna, etiam quem iam reum non tenet culpa, & hæc eſt horum C dierum flenda, ſed non reprehendenda conditio. D

d *Paſce.* Paſcere oues eſt credentes ne deficiant confortare, terrena ſubſidia, ſi neceſſe eſt ſubditis prouidere, exempla virtutum præbere, aduerſariis obſiſtere, peccantes corrigere.

e *Cùm autem ſenueris.* Paſſurum prædicit qui negaturum prædixerat, hoc iam poterat reſurrectione firmatus, quod immaturè pollicebatur infirmus. Iam non metuit huius vitæ interitum, quia reſurgente domino vitæ alterius præceſſit exemplum.

f *Extendes manus.* Hoc eſt, crucifigeris, E & quomodo hoc fiet, ſubdit: *Et alius te cinget, & ducet quo tu non vis*, quia ad illam moleſtiam nolēs eſt ductus, nolens ad eā venit, ſed volens eā vicit, & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, qui adeò eſt naturalis, vt eum nec ſenectus abſtulit Petro. Vnde & dominus: Tranſeat à me calix iſte. Sed quantumcunque ſit moleſtia mortis, vincat eā vis amoris, ſi nulla eſſet vel parua moleſtia mortis, nō eſſet tam magna gloria † martyrum. Sed ſi paſtor immolatus eſt vt ouis qui de ouibus fiunt paſtores, non metuant immolari.

Matt. 26. d.
† martirij

g *Et cùm hoc dixiſſet.* His dictis cœpit Ieſus abire, & nondum intellecto quod audiuit, ſequere me, cœpit Petrus inceſſu pedū F ſequi, ſequutus eſt & Ioannes qui ſciebat ſe diligi.

*Quem*

NICOLAVS DE LYRA.

*officium prælationis, debet Deum diligere præ cæteris, quia ſecundùm quod dicit B. Gregor. Tantum debet excedere actionem populi vita præſulis, quantum diſtat à grege vita paſtoris. Et ideò videtur, quòd ille qui aliquem eligit ad tale officium, tenetur ſemper eligere meliorem, non tamen intelligitur melior, literatior, vel aſtutior, ſed ille qui omnibus conditionibus penſatis melior eſt ad tale officium ad honorem Dei, & eccleſiæ vtilitatem, ſecundùm iudicium eligentis, aliter autem eligens vel promouens, non attendit ad honorem Dei & vtilitatem eccleſiæ, & ſic non videtur iudicium diuinum euadere. Quod autem ſecundùm decretalem extrà de elect. cum nobis olim, &c. cum dilecti, ſufficit eligere ſufficientem, hoc eſt ſecundùm iudicium humanum per quod tali non eſt puniendus, cū ſecundùm veritatem aliqua iura mala permittunt humano iudicio incorrecta propter maiora mala vitanda, quæ tamen diuino iudicio ſunt corrigenda, ſecundùm quod di. Au. 1. li. de liber. arb.*

De ma. & be. c Solite. § nobis. 1. Reg. 16. b.

1 Dicit ei. *Non dicit plus quàm alij, ſed abſolutè reſpondet, quia expertus propriæ fragilitatis in Chriſti negatione, non fuit auſus vltra ſe efferre in Chriſti dilectione ſed quantitatem ſuæ dilectionis poſuit in iudicio Chriſti, qui ſecreta cordium intuetur. Sequitur.*

2 Contriſtatus eſt Petrus. *Nō fuit indignatus propter verba Chriſti replicantis toties petitionem de dilectione, quaſi indignaretur Petrus de hoc quòd non acquieſcebat ſibi Chriſtus primò verbo, ſed fuit turbatus eo, quòd ſciebat eum ſcire omnia futura, propter quod timuit ex tali replicatione, ne Chriſtus vellet ſibi prædicere aliquem caſum ſuū futurum, ſicut ſuprà 13. d. aſſerente Petro: Animam meam pro te ponam, ſtatim prædixit ei ſuam negationem futuram, & ideò meritò timuit Petrus, propter quod.*

3 Dicit ei. *Q. d. Tu ſcis omnia præſentia & futura, & ideò tu ſcis ꝙ te diligo, ſed quid ſit mihi futurum neſcio, ſed tu ſcis.*

Gradus fidelium tres

4 Dicit ei: Paſce oues meas. *Ante bis dixerat:* Paſce agnos meos, *quia in fidelibus tres ſunt gradus, ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, illi qui ſunt in duobus primis gradibus dicuntur agni, & illi qui ſunt in tertiò oues nominantur, &c.*

5 Amen, amen dico tibi. *Hic prædicit Petro ſuum martyrium, quia prælati eccleſiæ debent tantam charitatem habere, vt parati ſint ſe morti exponere pro grege, quod hic exprimit Chriſtus loquens Petro parabolicè.* Amen, amen, &c. cingebas te: *id eſt, ab aliquibus ſuperfluis te reſtringebas, tamen hoc erat pro voluntate tua ab alio non compulſus, ideò ſubditur:* Et ambu. vbi vo.

6 Cùm autem ſenueris. *Id eſt, imminente morte.*

7 Extendens manus tuas. *Per hoc deſignatur proptitudo Petri ad martyrium tolerandum.*

8 Et alius te cinget. *Fuit enim poſitus in cruce cum cordis ligatus, & non clauis affixus, vt longior eſſet ipſius cruciatus, & hoc vocatur hic cinctura.*

Appetitus hominis duplex.

9 Et ducet. *Eſt enim in homine duplex appetitus, ſcilicet ſenſitiuus & intellectiuus, & vterque aliquādo nominatur voluntas largè loquendo, qui ſolus appetitus intellectiuus propriè dicitur voluntas. Licet autē appetitus intellectiuus in Petro eſſet promptus ad martyrium, tamen appetitus ſenſitiuus refugiebat, quia mors eſt vltimum terribilium, & eodem modo fuit in Chriſto ſicut dictum eſt ſuprà 12. ca. & ideò dicit:* Et ducet quo tu non vis. *Ire, ſcilicet ſecundùm appetitum ſenſitiuum.*

10 Hoc autem dixit. *Hæc ſunt verba euangeliſtæ exponentis verba Chriſti de martyrio Petri, ſcripſit enim hoc euangelium poſt Petri martyrium, quod patet ex hoc quòd euangelium ſcripſit poſt reditum ſuum de inſula Pathmos poſt mortem Domitiani Imperatoris, vt dictum eſt ſuprà in prologo huius euangelij. Petrus autem paſſus eſt ſub Nerone Imperatore, qui diu ante Domitianum Imperauerat.*

11 Significans qua morte. *Martyrium enim Petri ordinatum fuit ad Dei gloriam.*

Diuiſio

12 Et cùm hoc dixit. *Hic oſtenditur quid Chriſtus contulit Ioanni. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur commendatio diſcipuli, ſecundò ſui euangelij, ibi:* Hic eſt diſcipul. *Prima in duas, quia primò ponitur commendationis occaſio, ſecundò ipſa commendatio, ibi:* Dixit ei Ieſus. *Circa primum ſciendum, quòd occaſio illius fuit verbum Petri quærentis de Ioanne, ꝙ exprimitur cùm dicitur:* Et cùm hoc dixiſſet. *Scilicet Ieſus Petro imponens paſtorale officium & ſuæ paſſionis exemplum.*

Dicit ei:

M O R A L I T E R.

† *Paſce agnos meos.* Ter dictum eſt paſce, ad ſignificandum, ꝙ habens curam animarum debet ſubditos paſcere paſtu verbi Dei & boni exempli, & prout poteſt etiam ſubſidio temporali. Sed illud quod dicitur hic paſce, &c. aliqui mali mutant in tonde, quia multum ſtudent circa ſubditos exactiones temporaliū exercere, & de paſtu dicto triplici non curare.

5 *Amen, amen dico tibi, cum eſſes, &c.* Per hoc quod dicitur hic, paſſio Petri futura ſignificabatur, eo ꝙ tunc eccleſiæ præficiebatur, nam in primitiua eccleſia ille qui populis præficiebatur, primus ad tormenta ducebatur.

a ¶ Q.d, Ne timeas mori pro me, cum ego pr'us pro te.
hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. Conuerſus Petrus vidit il- 1
a ¶ Commendat priuilegium amoris ſui. 2
a lum diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem, qui & 3
b † recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis
eſt qui tradet te? Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus, dixit Ie- 4
a ¶ Specialiter enim domino eum viſitante placitum accepit carnis abſolutionem.
c ſu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Ieſus: † Sic eum 5 6
d ¶ In crucis paſſione.
volo manere, donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. 7 8
9

† recidit, procubuit † ſuprà 13.

a *Quem diligebat Ieſus.* Diligebat & alios, ſed familiarius iſtum A donauit potiore dulcedine ſui amoris, quia virgo electus ab ipſo virgo permanſit, vnde & matrem ei commendauit.

AVGVSTINVS. Tacito nomine diſcernitur Ioannes à cæteris, non quòd ſolùm eum, ſed plus cæteris diligeret eum. Huius maioris dilectionis eſt indicium, quòd ſolus ſuprà pectus Ieſu recubuit. Porrò Petrus plus dilexit Chriſtũ, vt ipſe ſciẽs interrogat, qui dicit: Diligis me plus his? Videtur ergo melior qui plus quàm qui minus diligit Chriſtum. Item videtur melior, qui plus quã B qui minus diligitur à Chriſto, vt anteponi-

Quæſtio. tur Ioannes Petro. Quod ſi conferendo ad inuicem quæritur, quis de duobus melior eſt. An qui minus diligit Chriſtum, & ab eo plus diligitur, an quem minus diligit Chriſtus, cum ipſe plus eum diligat? Dubia eſt reſpõſio. Videtur quidem, q plus diligit Chriſtũ melior. Quẽ plus diligit Chriſtus, fœlicior. Et eſt manifeſta miſericordia, ſed occulta iuſtitia minus diligẽtis eũ à quo plus diligitur, & plus eum à quo minus diligitur. Sed per iſtos duos commendat duas vitas eccleſiæ, de quibus myſticè loquitur. Vna eſt per fidem, altera per ſpem. Hæc agitur in corpore & peregrinatione, vbi beatitudo eſt tantum in ſpe, ſed miſeria

Eccleſiæ duæ vitæ, præſto eſt de aduerſis & de peccatis. Illa eſt in immortalitate, vbi nihil mali, ſed perfectio boni. Prior actiua ſignificatur per Petrum, qui eſt generalis perſona in petra Chriſto fundata, huic dicitur: *Tu me ſequere,* per imitationem perferendi temporalia mala, quæ terminabuntur cum ſæculo. Hic magis diligit Chriſtum, vt amando & ſequendo liberetur à malo, ſed ipſe minus hanc diligit qualis nunc eſt, & liberat ne ſemper talis ſit, & ob aliud non diligit, niſi vt ſaluet, & hinc transferat. Altera contemplatiua ſignificatur per Ioannem, cui dicitur: *Sic eum volo* C *manere,* non dicit remanere, vel permanere, ſed expectare, quia non modo, ſed cum venerit Chriſtus implebitur. Q.d. Inchoata contemplatio maneat donec veniam, perficienda cum venero vt ſit manifeſta plenitudo ſcientiæ, hanc autem plenè diligit Chriſtus, & ſeruat in æternum. In illa verò expectatione, quia nondum nouit futuram veritatem, homo minus diligit, & plus

1.Ioan.3. Pſal.24.b. diliget, cum eum videbit ſicuti eſt. *Quia verò vniuerſæ viæ domini ſunt miſericordia & veritas*, iuſtus in hac vita expertus vndique mala, plus diligit ex neceſſitate qua vrgetur quia miſericordia qua eſt liberandus à malis & quotidie poſcit & habet, & minus D diligitur à miſericorde qui minus diligit miſerum quàm beatũ, hic eſt Petrus plus amans & minus amatur. Quia verò iuſtus contemplationem veritatis quæ eſt futura nondum nouit, minus diligit eam quam Petrus miſer miſericordiam, & in ipſa veritate beatus plenè diligetur à Chriſto, & hic eſt Ioãnes minus amãs, quàm Petrus plus amatus. Et ſi hi duo apoſtoli ſinguli has duas vitas ſignificant, vtraque tamen vtrique conuenit ſicut & in omnibus ſanctis. Ad huius autem vitæ pro- † Si celloſæ gubernaculum dantur claues ad liganda & ſoluen- E da peccata. Propter autem illam quietam requiem ſuper pectus Matt.16.c. Ieſu diſcumbitur vnde bibitur veritas. Qui virgo eſt Ioannes Matt.22.c. conuenit futuræ vitæ, vbi neque nubent neque nubentur. Col.2.a.

b *Super pectus.* In pectore Ieſu ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, ſuprà quod recubuit quem maiori cæteris ſapientiæ & ſcientiæ ſingularis munere donat, in quo figurabatur quanta arcana diuinitatis præ cæteris eſſe ſcripturus.

c *Domine, hic autem quid?* Quia audierat Petrus ſe crucifigendum, voluit etiam fratris cognoſcere exitum.

d *Sic eum volo manere, donec veniam.* Nolo eum per martyrium conſummare, ſed expectare eum placidam carnis ſuæ abſolutionem, quando ego veniens recipiam eum in æternam beatitudinem.

✠ THEOPHYLACTVS. *Donec veniam,* quidã ſic exponunt, donec, inquit, contra Iudæos qui me crucifixerunt veniam percuſſurus eos virga Romanorum, & ſubuerſurus eorum ciuitatem. Dicunt enim Apoſtolum illum vſque ad Veſpaani Imperium, locáque ſuperiora peragraſſe, prædicantem & manentẽ illic, quando autem capiendæ erant Ieroſolymæ tranſiiſſe. Igitur quia magnum prædicationis opus non erant coniungendi F ſed ſeparandi, vt vnus ad hos, alius ad alios iret. Mihi autem placet, vt donec veniam intelligatur ſicut Chriſoſtomo, & non de vita, ſed quod non ſit iungendus Petro.

✠ AVGVSTINVS. Quod autem ait, *Si eum volo manere donec veniam.* Non ſic intelligendum eſt quaſi dixerit remanere vel permanere ſed expectare, quoniam quod per eum ſignificatur non vtique nunc, ſed cum venerit Chriſtus adimplebitur. Quod autem per hunc ſignificatur cui dictum eſt: *Tu me ſequere.* Niſi nunc agatur

Tract. 122. in Ioan.

---

## NICOLAVS DE LYRA.

✠ 1 Dicit ei: Sequere me. *Sicut enim in veteri Teſtamento prophetæ ſignificabant aliqua verbis & aliqua factis, vt ſuprà dictum eſt, 1. cap. ſimiliter Chriſtus poſtquàm verbo impoſuerat Petro paſtorale officium & ei prædixerat ſuum martyrium, incœpit ire, & tunc dixit Petro:* Sequere me, *ſcilicet gerendo vices meas in duobus prædictis, & ſic per illam ſequelam corporalem ſignificabat idem quod prius Petro per verba expreſſerat.*

2 Conuerſus Petrus, &c. *Quia cœperat ire poſt Chriſtum, ſicut & Petrus.*

3 Qui & recubuit. *Per hoc autem patet, quòd iſte fuit Ioannes qui ſcripſit iſta, non ad ſui iactantiam, ſed ad oſtendendum Petri excellentiam, cui Chriſtus commendauit eleceſiam magis quam Ioanni, quamuis eſſet ita familiaris ſibi.*

4 Hunc ergo, &c. *Diligebat enim Petrus ipſum Ioannem ſpeciali dilectione, vt ſuprà dictum eſt cap. præcedenti, & ideò volebat eum habere ſocium in prælationis officio & martyrio, ideò dixit.*

5 Domine, hic autem quid. *Q.d. Bonum eſſet quòd iſte adiungeretur mihi ſocius.*

6 Dicit ei Ieſus. *Poſita occaſione ex verbis Petri, conſequenter ponitur beneficium collatum Ioanni, cùm dicitur.*

7 Sic eum volo manere. *Occaſione huius verbi dixerunt aliqui, quòd Ioannes non eſt mortuus, ſed cum Enoch & Elia tranſlatus ad Paradiſum. Alij autem dicunt, quòd in ſepulchro ſuo iacet dormiens, ex hoc accipientes ſignum quòd in ſepulchro eius videbitur quædam ſcaturitio mannæ per modum ebullitionis ſurgere, & dicunt hi, quòd hoc cauſatur ex anhelitu eius, verumtamen quia ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, vt dicitur ad Heb. 9. g. ideò dicunt ipſum circa finem mundi pro Chriſto paſſurum, propter hoc ſequitur.*

Opiniones aliquorum de morte Ioannis.

8 Donec veniam. *Scilicet in fine mundi ad iudicium. Sed iſta improbat Auguſt. per hoc, quia illud quòd hic dicitur à Saluatore de Ioanne, ponitur tanquam priuilegiũ ſeu beneficium ſpeciale Ioanni conceſſũ, ſecundùm verò dicta eorum, hoc non eſſet verum, imò eſſet magis Ioanni detrimentum, ſi tam diu à diuina fruitione retardaretur aliis apoſtolis in gloria exiſtentibus. Propter quod dicendum, quòd Chriſtus reſpondet ad verba Petri petentis eum habere ſocium in prælatione & martyrio, dicens:* Sic eum volo manere. *Q.d. Nolo eum mori per martyrium, nec in hoc me ſequi, nec etiam volo eum ſequi me quantum ad prælationis officium in regimine vniuerſalis eccleſiæ tecum, ſed magis volo occupari inquiete contemplationis.* Donec veniam. *Non ad iudicium in fine mundi, ſed ad vocandum eum ad gloriam cœleſtem de ſtatu huius mundi. Habetur enim in legenda ſancti Ioannis, quòd Chriſtus apparuit ei circa finem vitæ ſuæ vocans eum ad gloriam.*

9 Quid ad te? *Quia ad Petrum non pertinebat ſcire quid Deus ordinabat de Ioanne in futurum, ſicut dictum eſt apoſtolis Act. 1. f. Non*

✠ *enim*

---

*M O R A L I T E R.*

✝ 1 *Dicit ei: Sequere me. Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, &c.* Per Petrum Chriſtum ſequentem per opera laborioſa, bonus actiuus ſignificatur, per Ioannem verò ſic manentem bonus cõtemplatiuus intelligitur, & de tali dicitur conuenienter, non moritur, quia de vita contemplatiua imperfecta tranſit ad perfectam contemplationem gloriæ ſine morte culpæ media.

✝ *Sunt autem*

a ¶ Ex prædictis hoc intellexerunt,& quod non eſſet ita intelligendum,ipſe Ioannes admonet.

† Exiit ergo ſermo inter fratres, quia diſcipulus ille non mo- 1 2
a ritur. Et non dixit ei Ieſus, non moritur, ſed ſic eum volo 3
b manere donec veniam,quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille qui 4
teſtimonium perhibet de his & ſcripſit hæc.Et ſcimus, quia 5 6
verum eſt teſtimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ 7 8
c fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror 9

a ¶ Quantum ad intelligentiam.

mundum † capere poſſe eos qui ſcribendi † ſunt, libros. 10 11 12

(† præmanaret ergo rumor.) († capturum) († forent)

A nunc agatur, non peruenietur ad illud quod expectatur. In hac autem actiua vita quanto magis Chriſtum diligimus tantò facilius liberamur à malo. At ipſe nos minus diligit quales nunc ſumus, at ideò liberat, ne ſemper tales ſimus. Ibi verò amplius nos diligit,quoniam quod ei diſpliceat, & quod à nobis auferat,non habebimus, nec ob aliud nos hic diligit, niſi vt ſanet & transferat ab his quæ non diligit, hic ergo minus vbi non vult remaneamus: Ibi amplius quo vult B tranſeamus & vbi nõ vult pereamus. Amẽ ergo eum Petrus, vt ab iſta mortalitate liberemur ametur ab eo Ioannes, vt in illa immortalitate ſeruemur.

a *Et non dixit ei.* Non eſt intelligendum quòd Ioannes non ſit mortuus in carne, ſed quicquid ante paſſus, quòd vltimum in pace ſenium finiret, Non enim magnum erat dare dilecto non mori,cùm diſſolui & eſſe cum Chriſto ſit multò meliùs.

✠ THEOPHYLACTVS. Euangeliſta euertit falſum opinionem exiſtimantium quod non moriatur diſcipulus hic, ſed immortalis ſit:Verè enim mendacium eſt immortalem eſſe ho- C minem. Quamuis enim Enoch & Elias non ſint mortui, attamen mortalis ſunt, ita & hic quoque quamuis non fuerit mortuus,ſed morietur, igitur quod non moritur, ſed immorralis ſit hoc falſum eſt. D

b *Hic eſt,&c.* Hic apertè ſuam deſignat perſonam ex officio, quod noluit deſignare ex vocabulo.

c *Nec ipſum arbitror mundum.* AVGVSTINVS. Non ſpatio locorum credendum eſt,mundum capere non poſſe, quæ in eo ſcribi quomodo poſſent,ſi ſcripta nõ ferret? Sed capacitate legentium comprehẽdi fortaſſe non poſſent, quamuis ſalua rerum fide, plerúmque verba excedere videantur fidẽ, quod non ſit quando aliquid erat obſcurum ac dubium, cauſa & ratione reddita exponitur. Sed quando id quod apertum eſt vel augetur, vel extenuatur, nec tamen à tramite ſignificandæ veritatis erratur, quoniam ſic verba rem quæ indicatur excedunt,& voluntas loquentis,nec fallentis appareat,qui nouit quouſque credatur, à quo vltrà quam credendum eſt,vel minuitur aliquid,vel augetur, hunc loquendi modum,Græco nomine,non ſolùm Græcarum literarum verumetiam Latinarum magiſtri hyperbolen vocant qui modus ſicut hoc loco,ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenitur. (Tract. 124. in Ioãnem.) E

*Nec ipſum.* Non dicit ſpacio non poſſe capi, ſed capacitate legentium,quamuis ſalua fide rerum plerúmque verba videantur excedere fidem per hyperbolen. F

## NICOLAVS DE LYRA.

✱ *eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate,&c. ſed tantùm pertinebat ad ipſum verbo Chriſti promptè & humiliter obedire,ideò ſubditur:* Tu me ſequere.

1 Exiit ergo ſermo in fratres. *Scilicet Apoſtolos qui erant vniti charitate fraterna.*

2 Quia diſcipulus ille non moritur. *Hunc enim intellectum conceperunt ex verbis Chriſti. Sed ſtatim excluditur iſte intellectus, cùm dicitur.*

3 Et non dixit ei Ieſus,non moritur. *Quia ſecundùm veritatem mortuus fuit,vt ſuprà dictum eſt in prologo huius euangelij.*

4 Sed ſic eum,&c. *Hoc eſt,non per martyrium me ſequi,tamen quia in eo fuerat promptitudo animi ad tolerandum martyrium, quando fuit proiectus in feruentis olei dolium,ideò illud pro martyrio ab eccleſia colitur, quia ſecundùm quod dicit beatus Auguſtinus lib. de nuptiis & concupiſcentia : Non eſt impar meritum patientiæ in Ioanne qui paſſus non eſt & in Petro qui paſſionem ſuſtinuit.*

5 Donec veniam. *Aſſumens animam eius à corpore abſque tamen anguſtia & dolore, vt dictum fuit ſuprà in prologo huius euangelij, & ſuprà proximè.*

6 Hic eſt diſ. *Poſita commendatione diſcipuli, hic ponitur commen-* (Diuiſio) *datio ſui euangelij. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur euangelij commendatio,ſecundò tollitur erroris occaſio, ibi:* Sum & alia multa. *In prima ergo parte dicitur ſic:*Hic eſt diſcipulus ille,*ſcilicet Ioannes de quo Saluator immediatè ante locutus eſt.*

7 Qui teſtimonium perhibet de his. *Supple quæ vidit & audiuit propter quod eius teſtimonium eſt efficax, propter quod in principio ſuæ primæ epiſtolæ dicit:Quod audiuimus,quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus,& manus noſtræ cõtrectauerunt de verbo vitæ,& vita manifeſtata eſt,& videmus,& teſtamur.*

8 Et ſcripſit hæc. *Mos autem erat antiquorum,quòd illi ſcriberent hiſtoriam qui vidiſſent,propter quod dicitur hiſtoria ab hiſtorin, quod eſt videre, & ideò Ioannes qui audiuit verba Chriſti & facta eius vidit conuenientiſſimè potuit ſcribere.*

9 Sunt autem,&c. *Hic tollitur erroris occaſio, quia poſſet fortè aliquis credere,quòd nihil aliud eſſet verum de Chriſto, niſi quod eſt ſcriptum in hoc euangelio & aliis de Chriſto & hoc tollitur, cùm dicitur:* Sunt au.&c. *quæ ſcripta non ſunt:Cuius cauſa ſubditur cùm dicitur.*

10 Quæ ſi ſcribantur. *Quantum ad facta particularia & conditiones & circunſtantias eorum & virtutem.*

11 Nec ipſum. *Id eſt, homines huius mundi.*

12 Capere poſſe,&c. *Facta enim & verba Chriſti non ſunt hominis tantùm, ſed Dei quia illa humanitas erat organum diuinitatis, & ideò non poſſunt ad plenum ab hominibus explicari, aut etiam comprehendi. Quod patet ex hoc,quòd à principio eccleſiæ cœperunt ſancti doctores libros ſcribere ad explanationem verborum & factorum Chriſti, & adhuc ad plenum non ſunt elucidata,imò ſi mundus duraret per mille millia annorũ,& ſemper ſcriberentur libri,non elucidarẽtur ad plenum quia ſicut dictum eſt,facta ſunt & dicta Dei quæ ſunt nobis incomprehenſibilia propter eorum excellentiam reſpectu intellectus noſtri. Et ideò debemus ſubiugare & captiuare in obſequium Chriſti intellectum noſtrum,vt ei aſſentientes per fidem quæ eſt in ænigmate,tandem veniamus ad contemplandum facie ad faciem, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.*

## MORALITER.

✠ 9 *Sunt autem & alia multa,&c.* Nam principium huius euangelij quod ſcripſit Ioannes de emanatione verbi,totus mundus adhuc capere non potuit perfectè,propter quod ad laudem patris & filij debemus quantum poſſumus aſſurgere, nam eorum gloria maior eſt omni laude.

# FINIS QVINTI TOMI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

GLOSA ORDIN

T. V.

B
5
005